

Soares disp. 4. sect. 5. fol. 97. & tanquam ab abusu jurisdictionis supplicari potest. Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 12. Zevallos latis. sime 4. part. q. 897.

44 Deinde deficit secundum requisitum, cum Milites exempti propo- nantur à jurisdictione ordinaria: con- stat namque Militiam Divi Jacobi con- firmatam fuisse anno 1175. per Alex. 3. & postea per Lucium 3. anno 1184. & Urbanum 3. anno 1187. & Innocentium 3. anno 1205. & Honor. 3. anno 1224. & Innocent. 4. anno 1247. & per alios Pon- tifices, ut constat ex Bullis libro Gladiorum fol. 100. & tales Milites esse omnino exemptos à jurisdictione or- dinaria, & ex Bulla Lucij III. ibi: *Quæ Beati Petri specialiter jurit existit, & con- stat ex ipsa regula* ibi: Prælatis exhibe- tur honor: non tamen dicit, exhibetur obedientia. Et hac exemptione usi sem- per fuere Equites usque ad tempora Martini Quinti anno 1421. Historia Pontific. 2. part. cap. 12. lib. 6. Et quia adhuc Ordinarij de eorum causis se in- tromittebant, conquesti sunt ad Calix- tum III. anno 1455. qui plenissimam Militibus exemptionem indulxit, con- stat ex d. libro Gladiorum fol. 34. Idem concessit Leo X. alia Bulla, quæ habe- tur fol. 54. In Militia de Aviz est Bulla Gregorij X. & in Militia Iesu Christi altera Bulla suæ fundationis.

Deinde sunt dicti Milites exempti attento jure communi à jurisdictione Ordinaria, ut ab illis decimæ exigi pos- sint in Prælatorum judicio; quia quan- vis Episcopi sint competentes ad cau- fas Regularium cap. 1. cap. irrefragabili de offic. Ordin. Altamir. de visitat. ver- bo propriam n. 85. Mandos. conf. 39. n. 4. & de signatura gratiæ, verbo exemptio- nes, vers. omnes Basilicæ, cap. cum ve- nerabilis de censibus, cap. Romana §. ult. eod. tit. in 6. cap. non semel 18. quæst. 2. Trident. sess. 14. de reform. cap. 5. & sess. 24. de reform. cap. 3. Tamen cū S. Pon- tifex Magno Magistro jurisdictione or- dinariam concederit in causis Militum privativè ad Episcopos, statim Episco-

pi sunt in illis incōpetētēs. Et quod ita factum fuerit, constat ex Bulla Inno- centij IV. vers. Quod Magister, &c. & ex Bulla Pij IV. nuncupata, Das tres instancias, lib. Gladiorum fol. 90. & Iu- lij III. unionis Magisteriorum, & Nico- lai IV. & Cælestini V. & Niccolai V. & Iulij II. & in Regno Castellæ est idem per Bullam Pij V. in eodem libro fol. 110. & Adriani VI. Didacus de la Mo- ta lib. 1. cap. 4. §. 14. num. 2. & lib. 2. cap. 1. §. 9. & 10. & cap. 6. §. 12. fol. 137. Em- manuel Rodriguez 1. tom. Regul. q. 36. art. 3. & 4. Llamas in methodo §. 15. 21. & 22. Soares de la Paz 2. tom. præ- lud. 1. n. 7. & 8.

45 Idem colligitur ex Concil. sess. 6. de reform. cap. 5. & sess. 7. cap. 8. & sess. 24. cap. 4. & sess. 21. cap. 8. de reform. & sess. 24. cap. 10. & sess. 25. cap. 1. de reg. & succedit reg. cap. 1. cap. ult. de privil. lib. 6. c. per exēptionē eod. c. cū & plātare §. in ecclesijs eod. c. sane, c. visis in fin. 16. q. junct. c. 2. unic. de capell. monach. lib. 6.

46 Unde apparet, quā injustè Prælati usurpent jurisdictionem in Milites. Nec aliud probat d. §. diocesani in d. cap. 2. de decim. lib. 6. cui jam supra respōdi- mus. Nec pariter obstat, quod Equi- tes delinquent in jurisdictione Ordina- rij non solvēdo, & sic ibi puniri possunt ex Butrio, Dominico, & alijs citatis à Zevallos 4. part. q. 897. num. 763. Quia satisfit, quod qui suo privilegio utun- tur, non offendunt alienā jurisdictionē; quinimò Ordinarius offendit privilegia Apostolica. Unde si forte ratione censu- rarum aliquando decimas solverint, non ex his actibus jus quæsiatur quasi per me- tum, & compulsionem extortis.

Ex quibus quæ hic adjunxi, quia for- san non alibi ita reperientur in ordinem digesta, satis cōprobatur, & cōmendatur Militiarū exemptio. In cuius confirma- tionē faciunt sententiæ adjunctæ, altera lata in Iudicio Ecclesiastico, altera à Præside Curiali: quarum tenor talis est.

Vistos os autos desse processo, mostrase o Convento appellante estar em posse cōforme a seos privilegios, que apresenta, de levar, & tornar a ser solvidos, isto é, resguardados.

DECISIO LXXXI.

receber os dízimos das terras, & propriedades, que grangea, & aproveita por seos criados, & à sua custa, & desta maneira os levar do casal, & terras delle conteudas no libello do A. appellado, o qual casal se mostra ser do dito Convento: o que visto com o mais dos autos, & disposição de Direito, foi polo dito Convento appellante bem appellado, & no juizo à quo mal julgado, corregendo sua sentença, absolvoo o dito Convento, & partes delle do pedido no libello do Commendador Autor, ao qual condeno nas custas dos autos desta instância. Coimbra. Foi publicada aos 11. de Abril de 1573.

Altera sententia Senatus.

Vistos os autos, petiçam de força dada polos AA. que o Reo contrariou, prova dada, não provão os AA. na forma, que em Direito se requer, estarem em posse de receber do Reo os dízimos da propriedade de que se trata, antes pela maior parte de suas testemunhas mesmas se mostra, que indo lhe pedir os ditos dízimos, lhos não quiz nunca pagar: O q' tudo visto com o mais, que dos autos consta, absolvoo o R. do contra elle pedido pelos AA. & pronuncio não ter cometido força, nem esbulho; & aos AA. reservo seo direito para tratarem da propriedade, se lhe parecer que o tem, & paguem as custas dos autos, &c.

SUMMARIA.



1 Ensis possessor tene-
tur ad tributa.
2 Ille, cui res addicta
est, non tenetur ad

tempus præteritum.

Si dominus rem censuariam dimi-
tat, quilibet pro sua parte tene-
tur. ibi.

DECISIO LXXXII.

An parte rei addicta, quæ censuaria est, novus ille possessor ad censum integrum teneatur, an vero pro parte addicta? Ad Ordin. lib. 4. tit. 3. §. 1.



Ensum 200. mille nummorum vendidit Alphonsus de Saldanha Petro de Mendoça in sua villa da Milharada, qui cum in solutione ipsius cessaret per aliquot annos, partem villæ dictus Petrus de Mendoça fecit subhaftari, quæ addicta fuit D. Antonio da Sylva, & expreßum in addictione, quod ipse solveret illam census partem pro rata, quæ ex illa parte addicta solvi debuisset. Cessante insuper dicto Alfonso à solutione census pro futuro tempore, actum est cum novo emptore, ut ipse solveret, ex regula juris, quæ habet, quod omnes censuariæ rei possessores tenentur

in solidum, & quælibet ipsius gleba pro integro censu, l. Moschis, ff. de jure fis-ci, Afflict. decis. 53. Valasc. quæst. 32. n. 15. Azeved. l. 1. tit. 15. lib. 5. num. 15. Felician. de censibus lib. 3. cap. 4. num. 11. Maxime quia illa verba addictionis, quod ipse solveret pro rata, debent intelligi cum respectu ad contributio-nem, quæ inter omnes fieri debet, ut domino solvant, ne inducatur novatio prioris obligationis, quæ celebrata non dicitur, nisi quando specialiter actum sit de ea novanda, l. ult. C. de novation. ultra Bart. in illo text. Borrell. conf. 11. num. 23. Mandel. conf. 20. num. 10. Gail. lib. 2. cap. 30. Menoch. lib. 3. præsumpt. 134. n. 9. & 34. Zevallos q. 95. Rota Ge-nuæ decis. 197. n. 4.

DECISIO LXXXIII.

411

2 Verum placuit, ipsum novum emptorem non teneri, nisi pro parte census portionis sibi addictæ: ex eo fundamento, quia quando res censuaria ad dominum transit, vel virtute additionis, vel quia censuatæ rei possessio eam dimittit, prout de jure licet, ex Felician. de censib. 2. tom. lib. 1. cap. 1. n. 5. vers. tertio infero, licet fecus sit in emphyteusi, ex Valasc. de jure emphyt. quæst. 38. num. 24. tunc prior obligatio extincta manet, & si de novo concedatur sub eodem censu, jam ad præteritas pensiones cum novis possessionibus agi nequit, l. apud eum C. de censitorib. & pro æquato lib. 11. ibi: *Anovo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius tulpa alter incipiat subjacere dispendio,* &c. quia illa scissio, seu divisio facta per

contractum cum domino dividit etiam jus exactionis, qui quidem contractus validus est ex his, quæ Franciscus Milanens. decis. 13. num. 12. lib. 2. Avend. de censib. cap. 96. num. 4. Idemque est in effectu, vel quod terra censuaria, vel pars ipsius, aut pecunia, quæ loco rei succedit, ad ipsum dominum census deviat, in simili Rodrig. de annuis redit. lib. 2. quæst. 9. num. 43. Avend. ubi supra cap. 8. num. 8. Bart. in l. licitatio num. 4. ff. de publican. ibi: *Nam cum ego facio fieri præconium, vel propont edicatum, ego video contrahere cum certa persona, hoc est cum illo, qui promittit: sequuntur DD. in l. si tempora Cod. de fid. instrum. lib. 10.* Atque ex his Reum absolvimus à solutione census ultra suam partem.

SUMMARIÆ.

1  *X lege locationis est, ut argilla erui possit, nisi contrarium exprimatur.*

2 *Non debet tamen dari abusus boni viri arbitrio;*

DECISIO LXXXIII.

An conductor fundi possit eruere argillam, & lapides secundum locationis legem? Ad Ordin. lib. 4. tit. 54.



Ocaverat fundū Vascus Fernandez Cæsar, ex quo conductor argillam, & lapides eruebat in maxima quantitate, quod cū sciret dominus fundi, prohibuit, & lite agitata, sententia prolata fuit contra locatorem, quia lapides, & argilla dicuntur esse in fructu ex ratione l. in fundo 10. ff. de usufruct. Re delata ad Senatum, primi Senatores revocabāt, quia extra locationis legem fuisset, quod argilla extraheretur.

1 Contrarium existimavi, & esse ex natura locationis, ut lapides, & reliqua erui valeant, nisi specialiter prohibeantur.

tur, dummodo tamen ex boni viri arbitrio hæc fiant, d.l. in fundo, ibi: *Et lapides: l. arbores 66. §. 1. eod. Cujat. lib. 15. observ. c. 21. Garcia de expensis c. 22. n. 47. Baeça de decim. tutor. c. 25. n. 21. Carrotius de location. 2. part. fol. 193. q. 10. ubi citat Cravet. Barbos. in l. divisorio §. si vir n. 16. ff. solut. matrim.*

2 Quod tamen ita accipiendum, ut supra tetigi, ne detur abusus, & boni viri arbitrio omnia expediantur, l. hoc amplius §. fin. ff. de dāmno infect. ibi: *Frobiberi debet frui; quod Ulpianus dixit apertius in l. æquissimū §. proinde ff. de usufruct. ibi: Nihil agriculturæ nocebit.*

Unde cum probaretur prædecessor

Mm

res

DECISIO LXXXIV.

res conductoris simili modo usus fuisse:
Sententiam confirmavimus ea declara-

tione , quod ex peritorum sententia ar-
gillam extraheret: Scriba Matos.

SUMMARIA.

I



E pluries in testa-
mento legata semel
tantum debetur.
Non censetur testa-
tor velle, ut s̄apius
præstetur. ibi.

Creditur testatorem s̄apius loqui,
non s̄apius legare. ibi.

Non poterit peti res , & aestima-
tio. ibi.

Quando pluribus eadem res lega-
tur, primo præstatur res , secundo
aestimatio. ibi.

Res propria legari nequit. ibi.

2 Interpretatur l. quid ergo , quod
procedat in diversis testamentis.

Qui ex primo testamento rem con-
sequitur, non potest assequi ex se-
cundo ejus estimationem. ibi.

Si prius estimationem obtinet, ni-
hil impedit, ut rem petat. ibi.

Nihil interest, an eodem testamen-
to res uni pluries legetur, vel in
diversis. ibi.

3 Quæ sit differentia inter legatum
speciei, & quantitatis.

In legato speciei datur impossibili-
tas, ut res semel data iterum dari
possit. ibi.

Interpretatur l. quinquaginta ff.
de probation. ibi.

Præsumptio est pro eo, qui multas
scripturas profert. ibi.

Multiplicatio legatorum quando
præsumatur ex diversitate tempo-
ris. ibi.

Interpretatur l. 2. C. de discussor.
lib. 10. ibi.

Si debitor duas apochas ostendit,
bis solvisse præsumitur. ibi.

4 Duæ stipulationes si fiant ejusdem
summæ, secunda est nulla.

Inter stipulationes, & legata, quæ
sit differentia. ibi.

In legatis nullum prius, aut poste-
rius dici potest. ibi.

5 Diversæ promissiones ex diversis
causis non se impediunt.

DECISIO LXXXIV.

An legatum sit compensandum cum debito, quando utrumque ex diversis
causis ortum habet?



Etrus de Sá chirogra-
phum confecit, quo se
agnoscit debere matri
suæ 200. mille nummos:
contraxit postea ma-
trimonium , & deceffit,
& in testamento mille aureos matri

præstari jussit, ad quos ex alimentorum
causa , quæ matri exolvebat , se teneri
fatebatur : citato ejus hærede , utram-
que summam solveret , objiciebat mi-
norem cum maiori compensandam ,
& unam tantum summam deberi. Sen-
tentia contra ipsum prolata fuit , quæ
in

in Senatu confirmata extitit, & juri conformis est.

1. Secundo, quod in dubio re pluries in testamento legata semel tantum debetur, sive in specie, sive in quantitate consistat, ex regula l. unum §. si rem ff. de leg. 2. quia potius videtur testator oblitus prioris dispositionis legatum commendasse, quam quod saepius praestari voluisse, l. Mævius 66. §. eum qui ff. de legat. 2. l. cum quæstio C. de legat. l. Lucius 90. §. impuberom ff. illo tit. de leg. 2. si ab instituto ff. si quis omissa caus. testam. l. quibus idem ff. de verbor. l. si tibi 86. §. 1. ff. de leg. 1. creditur enim testator saepius loqui, non saepius legare. Unde etiam si eadem res saepius legetur, & constet de voluntate testatoris, adhuc semel tantum peti poterit, nec peti poterit res, & æstimatio, quasi utrumque legatum, ut est communis in l. plane §. 1. ff. de leg. 1. ex Paulo ibi num. 4. Zazius num. 6. Peralta in l. si quis in princ. num. 189. ff. de legat. 3. Aymon in rubr. de legat. 1. num. 132. Licet contrarium teneant Ruyn. in l. servi col. pen. ff. de leg. 1. Menchac. de succession. creat. §. 9. ex num. 11, ponderarites pro hac parte l. si pluribus 33. illo tit. l. quid ergo 56. §. 1. eod. Quorum primum procedit, quod pluribus eadem res legatur in solidum: nos autem loquimur, quando unius eadem res legatur. In quo diversa est ratio. Nam primo casu consistit legatum rei isti persona primi legatarij, & rerum debetur, quia rei alienæ, & praestabitur æstimatio l. cum alienam C. de legat. In secundo autem casu quando res semel acquisita est, in secundo legato censetur dari res propria legatarij, quæ legari nequit, l. propria C. de legat. §. sed si rem Instit. de legat.

2. Ad text. vero in d. l. quid ergo, respondetur procedere in diversis testamentis: quo casu illa est differentia, quod si quis ex priori testamento rem ipsam consequitur, non potest ex secundo petere æstimationem; quia videtur legata res propria, & succedit

regul. d. l. proprias: si autem prius æstimationem obtinet, nihil impediet, ut rem petat, quæ adhuc sua non est, l. nemo rem suam 82. ff. de verbor. §. si res aliena Instit. de legat. explicat Gomes 14 tom. variar. cap. 12. n. 38. Quare multum interest, an eodem testamento res unius pluries legetur, vel in diversis: nam primo casu unum tantum est legatum juxta rationem d. l. Mævius §. eum qui ff. de legat. 2. Et si rem, sive æstimationem obtineat, amplius non petit, l. hujusmodi 86. §. 1. ff. de leg. 1. d. l. si tibi §. 1. In secundo vero casu plura sunt legata, & servanda est distinctio supraposita.

3. Illa tamen est differentia inter legatum speciei, & quantitatis: quod hoc ultimum, si saepius fiat, & de voluntate testatoris constiterit, pluries praestabitur; secus in legato speciei, in quo datur impossibilitas, ut res semel data iterum dari possit, solum debebitur æstimatio, & ipsa res, quando specialiter consticerit voluisse testatorem, & rem praestari, & æstimationem ejus, l. n. 1. 2. 1. §. 1. ff. de leg. 3. Cujat. lib. 14. obser. 19. Menchac. de succession. creat. §. 3. n. 11. quia tunc non eadem res legatur, sed diversa, quod legatarius probare debet. Nec aliud probat l. quinquaginta ff. de probation. Ubi presumptio stat pro eo, qui diversas scripturas profert, ita ut adversarius teneatur probare contrarium, & unicum tantum esse debitum, non plura; quia textus ille procedit in legato relicto in testamento, & simul in codicillis, in quibus terminis potius presumitur multiplicatio legatorum ex diversitate temporis, ut prosequitur Bart. in l. Sempronius post princ. ff. de legat. 2. Ruyn. cons. 176. n. 8. lib. 1. Aymon. cons. 282. n. 3. Bald. in l. servo alieno §. si à secundo ff. de legat. 1. Alex. cons. 4. n. 3. lib. 1. explicat Cujat. in d. l. quinquaginta ff. de probation. tom. 2. fol. mihi 629. ubi opponit de l. Sempron. ff. de legat. 2. & de l. libertus 18. ff. de admend. legat. & de d. l. plane §. sed si, quibus satisficit: quibus addo l. 2. C. discussoribus lib. 10. ubi si debitor duas apo-

ostendat, his solvisse præsumitur ex Bald. in dict. l. servo alieno §. si quis ff. de legat. i. & in l. fin. num. 24. Cod. de edend. pro solutione videndus Costa in l. si ex cautione C. non numer. pecun. Fall. 14. ex num. 6. Valasc. de jur. emphyt. q. 7. num. 23. & doctrina Bart. in l. triticum ff. de verbor. ex n. 3. recepta ex supra dictis.

4 Quæ omnia si à fortiori procedunt in stipulationibus, & promissionibus, in quibus si fiant duæ stipulationes ejusdem summæ, secunda est inutilis, inter quas, & legata illa est differentia, quod in stipulationibus diversis ejusdem rei constituimus priorem valere posteriore rejecta, quia appetet quæ prior, & quæ posterior sit; in legato vero ejusdem rei repetitæ, et si plura legata non sunt, tamen ex ultra scriptura prima, vel secunda legatum debeatur, non diffinimus: nullum namque in testamento legatum prius, aut posteriorius intelligitur, ut dicamus prius vale-

re, non posterius, & esse inutile, quia testamentum unum est, & uno tempore confectum, ex quo legata debentur, & omnium legatorum dies cedit à morte testatoris, l. 5. ff. quando dies legat. Inde fit, quod diversa summa legata utraque deberi potest in stipulatione eadem summa promissa, secunda stipulatio non valeat, explicat Donelus in l. qui bis 18. ff. de verbor.

5 Ex quibus cum in præsenti essent diversæ promissiones ex diversis instrumentis, ex diversis causis, justificatum fuit, utramque valere. De materia ultra supra citatos consulendi sunt Craveta consl. 167. num. 10. Castrensis consl. 64. Bald. cont. 334. lib. 2. Menachac. de succession. progress. cap. 3. §. 21. num. 10. Crassus §. legatum q. 60. Charondas lib. 1. verosimil. cap. 21. Tia raquel. de retract. lignag. §. 2. num. 7. Socin. consl. 73. n. 8. vol. 4. Fuit Scriba Garces.

SUMMARIA.



1 Lericorū spolia perti-
nent ad Sedem Apo-
stolicam.

2 Summorum Pontifi-
cum Constitutiones
non offendunt jus commune.

Lex declarativa etiam casus præ-
teritos comprehendit. ibi.

Contrarius usus irrationalis non
obstat. ibi.

3 Spolia pertendit Sedes Apostolica
in quatuor casibus.

4 Spolium quid sit.

5 Restringendum est ad bona quæsita
ex redditibus Ecclesie.

Spolium non sit ex patrimoniali-
bus. ibid.

Licet Episcopo patrimonialia refer-

vare hæredibus. ibi.

6 Spolium non sit, nisi de bonis intui-
tu Ecclesiæ comparatis.

Quod Ordinatio Regia lib. 2. tit.
18. §. 7. concordata non reperi-
tur. ibi.

7 Episcopi non testantur, nisi ex dis-
pensatione Summi Pontificis.

8 Episcopi in pensionibus regulantur
ac alij Piores.

Episcopi Annulares testantur de
salarijis.

9 Satisfit ad argumentum ex Brevi-
bus Apostolicis dedubium.

Lex indiget acceptatione populi,
et quomodo. ibi.

Lex pro parte admitti, et pro
parte reprobari potest. ibi.

DECISIO LXXXV:

415

- 10 In hoc Regno Constitutio super spolijs recepta non est.
- 11 In hoc Regno nunquam Collectores spolia habuere.
- 12 Consuetudines Canonicae hujus Regni concordia Apostolica roboratae sunt. ibi.
- 13 Consuetudo quando simpliciter reprobatur.
- 14 Futura consuetudo non censetur reprobata, si nova causa accedat. S. Pontifex non solet concordatis derogare. ibi.
- 15 Regiae consuetudines non comprehenduntur in generalibus prohibitionibus.
- 16 Consuetudo Regni qualis sit circa Prælatorum bona.
- 17 Spolia Abbatum, vel Priorum Ecclesiarum quomodo accipienda.
- 18 Interpretatur text. in cap. relatus de festam.
- 19 Consuetudo testandi an valeat.
- 20 Quod valida sit talis consuetudo.
- 21 Hodie absolute in Hispania, & Gallia clerici testantur.
- 22 Consuetudo bæc non est contra jus.
- 23 Interpretatur cap. relatum.
- 24 Fructus percepti sunt proprij Clericorum.
- 25 Dominium rerum particularium residet penes Prælatos, & Ecclesiastas particulares. Prælati verè domini fructuum sunt. ibi.
- 26 Quid sit ex illicita negotiatione. Commercia Clericis cur prohibita. ibi.
- 27 Dominium rerum per negotiationem acquisitarum potuit S. Pontifex tollere.
- 28 In hoc Regno quæsta ex negotiatione propria fiunt negotiantis.
- 29 Ut pœna privationis sit locus, requiritur sententia. Pœna ipso jure incursa transit ad heredes. ibi.
- 30 Summus Pontifex non vult suas Constitutiones observari, nisi convenient moribus.
- 31 Negotiatio quomodo sit licita clericis.
- 32 De spolijs ex bonis apostatarum. Tenor Regij diplomatici circa spolia.

DECISIO LXXXV.

An Clericorum spolia in hoc Regno pertineant ad Sedem Apostolicam? Ad intellectum Ordin. lib. 2. tit. 18. §. 7.



Ecesserat Emmanuel Correa Clericus, & ejus hæreditatem occupavit Collector Generalis per suam familiam, cui hære-

des resistere non potuerunt, & querelam proposuit Vincentius de Lemos coram Præside Curiali D. Ludovico d'Araujo de Barros, olim Divi Pauli Collega meritissimo, viro non satis laudato, qui Collectorem condemna-

Mm 3

vic

vit ad restitutionem rerum hæreditatis expilatæ. Ex parte Collectoris opponebatur ad Sedem Apostolicam pertinere clericorum spolia ab intestato decedentium, in eaque esse à multis retro annis possessione, ut tam Episcoporum, quam clericorum spolia colligeret, sicque esse cautum à Summis Pontificibus per Bullas felicis recordationis Papæ Pauli Tertij anno 1541. confirmata alia Bulla Pauli Quarti, Pij Quarti, & Quinti, & Gregorij XIII. quas citat Navarr. de spol. §. 5. 6. 7. & 8. Petrus Mansius in Pauli III. constitutionem, quibus cautum est omnia Episcoporum, & clericorum spolia ad Sedem Apostolicam reservari, & apostatarum extra claustra suorum monasteriorum decedentium. Nec de potestate statuenter dubitare fas sit sine sacrilegij nota, cum ad Summum Præsulem tanquam Ecclesiæ caput spectet illa amplissima potestas super beneficijs, & eorum fructibus, ut docet cap. 2. de concess. præbend. lib. 6. Clem. I. ut lite p. d. ibi: *Ex suæ potestatis plenitudine, &c.*

2 Deinde, quia illæ Summorum Pontificum Constitutiones non debent censeri de novo factæ, quasi de novo illud statuerent, sed magis emanatæ in auxilium juris communis, lex enim declarativa etiam præteritos casus sub se comprehendit, ex Bart. in l. omnes populi num. 44. ff. de justit. & jure DD. in cap. fin. de constitution. Bald. in l. non dubium num. 3. de leg. Castro de lege pænali cap. 6. Menoch. de arbitrar. quæst. 73. Navarr. in cap. si quando de rescriptis, except. 14. num. 5. constat namque spolia esse Sedi Apostolicæ reservata ex cap. 1. 12. quæst. 5. explicat Rodoan. in explicat. Bull. Pauli Tertij q. 1. col. 3.

Unde fit, quod obstare non potest contrarius usus, cum magis abusus sit, & per actus violentos continuata possessio, seu potius usurpatio dici debeat, maximè quod in dictis constitutionibus exprimitur, quod omnes Regnum consuetudines censeantur abroga-

tæ, ut in simili abrogat cap. clerici de judic. quo casu etiam im memorialis contumeliam reprobata censemur.

3 Cumque ad nos delata esset causa, ego sententiam confirmandam censui, sicque sequentibus placuit: & quia hæc quotidiana sunt, & indigent speciali nota, operæ pretium me factum duxi, si in his paulisper immorarer. Spolia igitur Sedes Apostolica pertinet in hoc Regno in quatuor casibus. Primo ex bonis, & hæreditate Episcoporum: secundo ex Clericorum hæreditatibus ab intestato decedentium: tertio in bonis Episcoporum, & Clericorum acquisitis ex illicita negotiatione: tandem in bonis, & hæreditate apostatarum extra suorum monasteriorum claustra decedentium.

4 Et circa singulas partes hujus hæsitationis, quid de jure sit aperiendum est. Primo igitur circa Episcopos notandum est, quod spolium secundum subjectam materiam diffinitur à Navarr. de spol. cleric. §. 7. num. 5. Ut sint bona à persona Ecclesiastica quæsita immediate, vel mediatè ex bonis Ecclesiasticis, vel redditibus eorum debitis, quæ non fuerunt ante obitum impensa, nec facta jure patrimoniali, nec quæsita alij irrevocabiliter, vel quæ sita ex illicita negotiatione, definit Rodoan. ubi supra quæst. 22. Molin. de just. disp. 147. fol. 824. vers. licet negandum, Azor institut. moral. 2. part. lib. 8. cap. 2. quæst. 1. Verum enim est, quod omnia ea bona, quæ Prælatus, dum vixit, non distribuit, vel consumpsit, inter spolia computantur, quasi illis bonis morte fuerit spoliatus, vel quod illud spolium in domo defuncti relictum legitimo successori reservatur.

5 Non tamen hoc ita indistincte in omnibus Prælatorum bonis accipiendo est: nam supradicta restringi debent ad bona, quæ acquisita sunt ex redditibus Ecclesiæ. Unde spolium Episcopi non constituitur ex bonis patrimonialibus, quæ ex legitima parentum, vel consanguineorum successio-

DECISIO LXXXV:

417

nre accipiunt, vel donatione, vel legato, vel emptis, & comparatis ex his redditibus patrimonialium; quia hæc omnia bona temporalia sunt natura sua, quorum successio ad legitimos Episcopi hæredes, vel ex testamento, vel ab intestato defertur. Nec secundo sub spolijs nomine comprehenduntur bona acquisita intuitu Sacerdotalis Ordinis, vel personalis industriae, seu artificij: in his enim Prælati habentur ac personæ sacerdotalis, illorumque administrationem absolutam consequuntur, ex cap. placuit, cap. quicunque 12. quæst. 3. cap. sicut 12. quæst. 1. cap. quia nos de testam. ubi Covarr. in cap. 1. num. 3. Adeo ut liceat ex bonis Episcopatus alimenta suscipere, & hæc bona patrimonialia, vel quasi hæredibus reservare, cap. 1. de pecul. clericor. cap. fixum, & cap. ult. d. 12. quæst. 3. probat Innocent. receptus ex Abb. in d. cap. 1. de testam. num. 2. & in cap. Episcopus de præbend. & in cap. postulasti de rescript: dicit communem Covarr. in d. cap. 1. de testam. num. 2. Navarr. de redditibus 1. part. quæst. 1. num. 38. Soto de just. lib. 10. quæst. 4. art. 2. Sarmiento de redditibus 1. part. cap. 1. num. 18. & colligitur ex Paulo 1. ad Corinth. cap. 9. Ubi probat Prædicatoribus Evangelij deberi sustentationem, licet habeant unde vivere possint: sicque procedit Concil. Agathense in cap. clericorum 1. quæst. 2. probat D. Thom. 2. 2. q. 158. art. 7. in corpore post princip. ibi: *Nam bonorum proprium dominium habent: & in eod. articul. in responsione ad tertium permittit habentibus patrimonium vivere de fructibus præbendæ.* Licet contra hanc sententiam teneant Barbatia, & Decius in dict. cap. postulasti num. 8. ex autoritate D. Hieronymi in cap. clericorum 1. quæst. 2. Verior tamen est prima opinio, & ab omnibus observata ex Molin. de just. 2. tract. disp. 142. Atque ideo respectu horum bonorum Episcopi reputantur sacerdotalis, ut libere de illis disponant, d. cap. placuit, cap. quicunque 12. quæst. 3. Navarr. in ap-

log. q. 1. monit. 15. Valasc. de partition. cap. 35. num. 1. Molin. d. tract. & disp. 142. & apud nos Regia Ordin. lib. 2. tit. 18. §. 7. facit l. 1. C. de Sacros. Eccles. & casu quo non disponant de his bonis, ad hæredes ab intestato deferuntur. Navarr. de spolijs §. 1. n. 14. Barbosa in l. dia vortio n. 66. ff. solut. matrim.

6. Unde inter spolia solum considerantur illa bona, quæ intuitu Ecclesiæ, & ejus redditibus comparata sunt; in his enim solum controverti potest, an ad Sedem Apostolicam, vel ad successorem in Episcopatu remanere debeant? Et sine dubio est ad successorum deferringi debere, ut observatur ex antiquissima, & immemoriali hujus Regni consuetudine, quæ ex concordia processisse credendum est, ut asservat Ordin. lib. 2. tit. 1. in fine princip. Principi enim afferenti ita fuisse olim concordatum credendum est, ex text. in Clem. 1. de probation. Licet veritas mihi videatur esse in contrarium, quod circa hanc Ordinationem nulla concordia extet specialis, quia deducta fuit ex Extravag. l. 10. tit. 2. part. 2. & ex diplomate lib. 3. Sphaeræ fol. 158. Quibus locis de sola immemoriali consuetudine mentio fit, solumque hæc consuetudo concordia recepta, & confirmata est, ut infra dicam. Unde hic immemorialis usus aliter in Episcopis, ac in reliquis Prioribus, & Abbatibus accipiens est: nam Abbes inferiores Episcopis libere disponere possunt de bonis quæsitis etiam intuitu Ecclesiæ, ut infra dicam; Episcopi vero minime, quia in illis hæc Hispaniæ consuetudia recepta non est, ut per Covarr. in cap. testatum de testam.

7. Unde ut ipsi testentur, debent obtainere licentiam, seu dispensationem à Summo Pontifice, qua simpliciter obtenta, ad hæc aliqui dubitant, an limitanda sit dispensatio ad pia, non vero ad profanos usus? ex Abb. in cap. cū esses de testam. num. 3. Barbatia in tract. de potent. Cardin. 7. part. quæst. 4. num. 7. Navarr. de redditib. monit. 6. Qui re-

trahit talem dispensationem ad piatatum; quia cum sit privilegium, sufficit, ut aliquid operetur, cap. porro de privileg. Sed verius est ad omnia prodeſſe, quia S. Pontifex ſolum intendit tollere prohibitionem legis humanae, & in odiosis diſpositionibus, & priuilegijs omnia veniunt, quæ ſub verborum proprietate comprehenduntur, l. cum lege ff. de testam.

8 In eo tamen consuetudo prodeſt Episcopis, ſicut & cæteris Abbatis in inferioribus, veluti ſi pensiones, vel Beneficia ex diſpensatione obtineant; quia in his ac proprij Abbates regulantur. Unde Episcopi Titulares, ſeu Annulares, qui Beneficia aliqua poſſident ad inſtar Abbatum, & Rectorum, de illis ſallarijs ſuarum Eccleſiarum teſtari poſſunt; quia non ſunt ſimpliciter Episcopi, cum ſine addito Annulares non dignoſcantur; ideo potius Abbatis accedunt: ſicque in Senatu judicavimus in processu: ubi plures in Legatia ſententiæ prolatæ in eodem caſu adjungebantur.

9 Nec hiſ obſtabunt fundamen- ta, quæ in contrarium adduci ſolent, inter quæ illud primo contra Episcopos adducitur, ſcilicet prohibitio, quæ ex dictis Bullis ſuperius relatis colligitur. Cui objectioni ſatisfit: quod uſu re- pta nequaquam extitere in hoc Regno, prout requirebatur, ut aliquod habe- rent robur, quia lex uſu non recepta nequaquam obligat, l. de quibus ff. de legib. Covarr. lib. 2. refolut. cap. 16. à num. 6. & ſeqq. Sic Gratianus in cap. in iſtis 4. diſt. inquit leges iſtitui, cum promulgantur, conſirmari, cum moribus ſuſcipiuntur: & licet videatur non eſſe de ratione legis humanae, nec for- maliter illi convenire, cum imò videatur cum illius ratione pugnare, nam de ratione legis eſt, ut habeat vim obligandi, quia ſi penderet ex acceptatione ſubdi- torum, jam non tam ipſa obligaret, quam ſi ſubditi te voluntarie illi submitterent: Si ergo populi acceptatio neceſſaria eſt, illud erit propter imperfectam po-

teſtatem Principis. Tamen intelligitur Princeps ex benignitate nolle, ut ſubditi obligentur, niſi talis fit lex, quæ à communitate recepta fit, atque ita ſen- tit Castro de lege pænal. in cap. 1. & 6. Navarr. in Manual. cap. 23. num. 41. & conf. 1. num. 23. de constitution. Gutierr. lib. 1. Canon. cap. 8. num. 3. Azor lib. 5. part. 1. cap. 4. quæſt. 1. Soares de legib. lib. 1. cap. 11. num. 7. & lib. 3. cap. 19. à princip. Roland. conf. 99. num. 7. nota- vit Bart. in l. ſi quis priorem ff. ad Trebell. Avill. Prætor in procœmio num. 10. Unde contingit, quod aliquando lex nova partim recipitur, & partim non admittitur, ut in Extravaganti ambitioſæ de rebus Eccles. Rodoanus de rebus Eccles. quæſt. 36. num. 20. & quod tantum procedat in contractibus, in quibus dominium transfertur, Gama decif. ultim. in fine: & licet recepta fit quoad nullitatem contractus, non tamen quoad pænas, Castill. de uſufruct. cap. 54. num. 25. Avendañ. de exeq. cap. 4. à num. 26. Gutierr. Canonic. cap. 8. Cavalcan. decif. 43. 45. & 46. Cened. collectan. 32. ad 6.

10 Ex quo fit, quod cum in hoc Regno hæc nova Constitutio recep- ta non fuerit, ut firmat Navarr. de ſpo- lijs ſ. 9. num. 4. & ſ. 14. num. 4. Molin. d. disp. 147. Azor d. cap. 4. quæſt. 1. & part. 2. lib. 8. cap. 4. à princip. Præla- tos non obligat, quia cum lex in bonum commune ferri debeat, quando recepta non eſt, expedit populo talis lex, quia ipſa plus damni, & perturbationis non afferret, quam commodi, & ideo amittit vim obligandi, nec Princeps potest il- lam firmare, etiamſi velit: quæ eſt ſen- tentia Dried. quem citat Soares d. lib. 3. cap. 19. n. 2. ad fin.

11 Quod apud nos fortiori ni- titur fundamento, cum non ſolum ap- pareat illas Constitutiones uſu non re- ceptas, ſed contrarium ſemper fuſſe in uſu, cum à primordijs hujus Regni ſemper inviolabiliter obſervatum fit, ne Prælatorum ſpolia ad Apostolicam Sedem deferantur, ſcientibus Collecto- ribus

ribus Apostolicis ; & patientibus , & Summo Pontifice, quem hujus rei non ignorasse initia præsumendum est, cum versetur in rebus tangentibus Ecclesiæ redditus , qui longe ampliores essent, si spolia Sedi Apostolicæ deferri deberent : quæ consuetudo cum ab eo, & Collectoribus sit tolerata, approbata censetur, & illi præjudicat ex regul. l. 2. C. de servit. l. 3. C. de novis vestigal. solut. Bart. in l. si publicanus §. fin. num. 7. ff. de publican. & vestigal. quem refert, & sequitur Ias. in l. Imperium num. 20. ff. de jurisdict. omn. judic. & in specie Balbus de præscript. 2. part. 5. princip. quæst. 4. num. 4. Burgos in l. 1. Taur. num. 233. Padilha in l. transactiones C. de transaction. Ioan. Luppus in cap. per vestras notab. 2. §. sed & est pulchra, Decian. lib. 4. cap. 26. sub num. 15. Avendañ. in Dictionar. vers. tertia conclusio. Et quod magis est, quod in hoc Regno per concordiam cum Rege Dionysio initam in ult. art. ex 40. Romæ oblatis sanctum fuit, quod omnes Regni consuetudines , quæ non repugnarent juri, inviolabiliter observarentur. Unde non est dubium in tali concordia , & confirmatione Apostolica hanc consuetudinem comprehendendi , & censi confimatam auctoritate Apostolica, cum secundum Canones sit, ut Prælatorum spolia non ad Sedem Apostolicam, sed ad Ecclesiam, & successorem in dignitate deferantur, ut supra ostendimus : Atque ex hac fortasse causa Collectores nunquam se tali usui, & consuetudini contrariæ opposuerunt : imò de novo cum hæc scierit Summus Pontifex, censetur illam approbasse , & confirmasse argum. eorum, quæ Abbas in cap. quia circa num. 8. de conf. & affin. Suares in allegat. 12. fol. 147. Azeved. in Curia Pisana l. 1. tit. 12. num. 26. Afflct. decis. 308. Avendañ. de exequend. lib. 1. cap. 1. n. 30. vers. septima causa.

12 Nec obstabit , quod dictæ novæ Constitutiones reprobant omnem contrariam Regorum consuetudinem,

in qua revocatione etiam nostra comprehendi debet; quia lex , quæ aliquid de novo statuit , & prohibet , ulterius addens, non obstante quacunque consuetudine, si statuit super materia , quæ jam jure constituta erat , censetur omnem consuetudinem abrogare , non solum antiquam, sed etiam illam , quæ de novo introduci potest ; quia dum consuetudinem damnat in dubio , non tantum videtur sentire de præsenti , & præterita , sed de illa , quæ in futurum introduci valet ; quia ex præsumptione suppositiva , qua injustam, & irrationabilem consuetudinem , judicat, omnem etiam futuram revocat. Unde licet aliqui teneant , quod sic reprobata consuetudine , non censetur reprobata ea, quæ procedit ex aliqua nova causa , vel ex antiqua , quæ Legislatori cognita non est, ex Abb. in cap. ult. num. penult. de consuetud. ex gloss. in Clem. pen. de elect. idem Abb. relatus à Decio num. 11. in cap. 2. de probation. communis ex Covarr. variar. cap. 13. num. 4. Dueñ. reg. 144. limit. 1. Hojeda de incompatib. 1. part. cap. 17. num. 10. per text. in l. si hominem ff. mand. nisi lex specialiter de futura mentionem faciat, ex reg. l. 3. §. Divus Adrianus ff. de sepulchr. violat. qui hanc proflus nescit , & ignorat , & succedit regul. l. si ignors 52. ff. locati, & l. mater 19. vers. nec enim ff. de inofficio. testam. quia sic minus offenditur jus commune consuetudinem generaliter approbans , in d. cap. ultim. & modo in casu particulari reprobans, ut in eo quasi exorbitans limitetur , & non extendatur ad casus non expressos, argum. cap. 1. de constitution. in 6. sequitur Covarr. variar. lib. 3. cap. 13. n. 4. Tiraq. de retract. tom. 1. in præfatione n. 17. Azeved. l. 3. tit. 1. lib. 2. n. 18. & 20. novæ Recopil. Garcia Falcon. reg. 295. n. 9.

13 Tamen vix hæc opinio sustineri potest in punto juris ; quia licet hæc nova causa considerari valeat , ut tollat iniquitatem consuetudinis , quam justificat , & rationabilem reddit , tamen

men ea ratio , & justitia non sufficit , quia cum consuetudo vim , & potestatē habeat à lege , per text.in d. cap. ult. ubi Abb. num. 8. communis in d.l. de quibus ff. de legib. adhuc talis consuetudo destituta legis autoritate vim habere non potest , quia ipsa reprobata reperiatur à lege ; quod in hoc Regno sine dubio procedit ; quia post illas Pontificias Constitutiones semper dicta antiqua consuetudo observata fuit continuativè sine ulla interpolatione . Nec potest dici apud nos ex nova causa fuisse introductum , cum imò ex antiqua causa , & jure continuata priori possessione in hoc usque tempus incidimus .

14. Unde licet dicemus , quod in hoc Regno potuit de novo consuetudine introduci contra Constitutionem Pauli III. & aliorum Summorum Pontificum , ut spolia non traderentur Collectoribus ; quia scilicet illa lex generalis non disponebat , neque reprobabat consuetudinem in materia jam à jure prohibita : quo casu sola præsens consuetudo censetur reprobata , non futura , & quæ de novo potuit incipere , ex sentent. gloss. in d. clem. pen. & ex reg. cap. quia sæpe , cap. cum non deceat 30. de elect. Auth. navigia , ibi : *Sublata penitus omnium locorum consuetudine* : Cod. de furt. Auth. omnes Cod. commun. de succession. Tamen cum novam causam consuetudinis introducendæ sit figmentum , non subterfugendum est difficultati his medijs , sed veritati , & juri inhærendo resolvendum est dictas Pontificias Constitutiones nobiscum non agere ; quia nostra consuetudo cum Canonica sit , & per contractum Brevi Apostolico roborata , non censetur unquam ex generali lege abrogata , cum S. Pontifex non soleat concordatis derogare .

15. Imò temper præsumendum de Regia consuetudine abroganda non cogitasse , cum id non expreßerit , nec ex generalibus legibus Regum tollantur consuetudines , ut declarat Marti-

nus Papa in Brevi relato à Guido decif. I. Maxime quia hujus Regni concordiae cum Sede Apostolica perpetua sunt firmitate stabilitæ , ne revocati valeant .

16. Atque ex hac consuetudine sic habile , & justum referente initium , Reges nostri invictissimi semper prohibuerunt Collectoribus , ne Sedis Apostolicæ nomine hæc spolia colligerent , imò defunctis Prælatis stylus observat in veteratus , ut per regium diploma præcipiatur Præsidi illius civitatis , ubi Prælatus obiit , ut inventarium bonorum conficiat , ne hæreditas expiretur , ut futuro reservetur successori , quia Regibus tanquam harum Ecclesiæ patronis , illarum , quando vacant , principalior incumbit defensio , ex regul. cap. filijs 16. quæst. 7. l. 1. tit. 6. lib. 1. Recopilat. Cabed. decis. 84. num. 2. & de jure patron. cap. 2. Gutierr. lib. 3. practic. quæst. 13. à num. 72. Bobad. lib. 2. tit. 18. à num. 275. & approbavit Concilium Trident. sess. 20. cap. 16. & ex hoc fundamento , & protectionis , seu defensionis jure Regum jussu inventaria bonorum conficiuntur ex Afflicti lib. 3. constitut. rubr. 28. num. 1. Rochus de jure patron. verbo Ecclesia num. 2. Aufrer. de potest. Sæcul. regul. I. num. 11. & reg. 2. num. 13. Covarr. practicari. cap. 35. n. 4. Salzed. ad Bern. cap. 102. post plures , quorū meminit Cened. collectan. 5. à princ. latè dicemus Deo dâte in Tractatu de Manu Regia .

De spolijs Abbatum, vel Priorum.

17. Circa Priorum , vel Abbatum spolia etiam Collectorès se ingerunt ; id quidem ex fundamentis supra relat. ad Sedis Apostolicæ ararium pertinere afferentes ; & pro hujus partis fundamentis illa præcipue pugnant . Primum , quod acquisita ex bonis Ecclesiæ per Abbates , & Rectores ex Concilij Lateianensis decretis , relativi in cap. cum in officijs de testam. per eorum

rum obitum Ecclesijs reservantur , et si sint mobilia , ut in cap. ad hæc eod. tit. cap. præsenti de offic. Ordin.lib.6. Unde si Ecclesia est Collegiata, vel Cathedralis, communitati , seu congregationi acquirentur , si verò unum solum habeat Rectorem , ipsum intelligemus : unde cum ecclesiæ acquirantur , non est dubitandum pariter esse acquisita Ecclesiæ Capiti , & Summo Præfuli, in cuius dominio sunt omnia bona Ecclesiarum, imò & ipsa beneficia, quorum ipse plene dominus, & dispensator est.

18 Secundo adducitur text. in cap. relatum de testam. Ubi textus diffinit non esse improbandam consuetudinem testandi de aliqua parte horum bonorum ad pios usus, & sic per contrarium probat facultatem testandi de omnibus, etiam ad pia: commendat Rochus in cap. ult. de consuet. part. 5. num. 3. Navarr. de redditib. quæst. 3. monit. 2. num. 6. Atque ideo hanc testandi facultatem de redditibus Beneficiorum improbarunt plures ex antiquis , quos citat Archidiac. in Summa 12. quæst. 5. & Pelagius de planct. Eccles. 2. part. art. 28. & dicit communem Covarr. in dict. cap. cum in officijs num. 9. & plures ad idem refert Marsill. de redditib. cap. 34. & Salazar in tractat. de usu , & conuentud. cap. 3. n. 12.

19 Deinde, quia talis consuetudo juri naturali opponitur , & divino juri positivo , quia per eam Clerici rebus alienis utuntur , & de illis disponunt, cum Christus Dominus voluerit talia bona pauperibus dari , quia ea lege fideles Rectoribus sua bona dedisse videntur, ut per illorum manus inter pauperes distribuantur: & consuetudo , quæ id permittit, potius corruptela est , eo maximè , quia adversatur Iuri Canonico, nec valere potest, nec robur ex tempore accipere, cap. cum venerabilis de consuetud. cap. cum satis de Offic. Archidiacon. cap. cum esses de testam. ibi: *Sacris Canonibus adversatur, &c.*

20 Verum his non obstantibus, prout vere non obstant , merito consu-

etudinem defendunt plures ex antiquoribus, Bellam. in princ. 12. quæst. 5. num. 2. Hostiens. in cap. 1. de pecul.clericor. & ibi Imola n. 11. vers. quid igitur , ubi Cardin. & Anania num. 8. Abb. in cap. cum tibi de verbis. signif.notab. 1. num. 2. defendit Guillelmus, & alij , quos citat Marsill. dict. cap. 36. Summa Hostiens. verbo Clericus 4. n. 3. Menchac. de succession. creat. §. 22. num. 4. Cened. in collectan. 12. in Decretal. Gamma decis. 313. num. 9. Clarus §. testamētum quæst. 27. num. 8. Sarmiento de redditib. 2. part. cap. 6. num. 1. & part. 4. cap. 1. num. 7. Dueñ. reg. 366. num. 11. facit ratio l. 1. Cod. de Sacrof. Eccles. Navarr. de spol. §. 1. num. 14. Molin. de just. d. disp. 142. Barbosa in l. divortio num. 66. ff. solut. matrimon. Atque ex his testantur , etiamsi sint filij-familias, Auth. presbyteros Cod. de Episcop. & Cler. Molin. disp. 136. n. 2. Cordova lib. 2. quæst. Theolog. q. 28. Banhes 2. 2. quæst. 32. art. 6. concl. 4. Petrus de Aragon. eadem quæst. 32. art. 5. conclus. 2. vers. sed maius, Ludovicus Lopez in Instructor. 2. part. cap. 142. Soto lib. 10. de just. q. 4. art. 3. Driedo de liber. Christian. lib. 2. cap. 4.

21 Quorum Doctorum traditio confirmatur: quia consuetudo , quæ clericis testandi facultatem indulget de fructibus beneficiorum , antiquissima est , & hominum memoriam longe excedit ; adeo ut verosimile sit , quod jam incepit ante prohibitionem Lateranensis Concilij , quod ea de causa in aliquibus partibus non fuit receptum , ut deducitur ex d. cap. cum in officijs in princip. quia ubi primum clerici à communione recesserunt , & Beneficia fuerunt constituta , statim cæperunt clerici de his fructibus testari tanquam de patrimonialibus , putantes se lege Episcoporum non ligari: & licet per constitutionem dicti Concilij veteres Canones suscitati fuissent abrogando omnes consuetudines , quibus Clerici se exemptos adstruebant : tamen adeo erat recepta consuetudo , ut in pluribus par.

partibus probabiliter dici valeat prohibitionem non fuisse receptam. Cujus rei est efficax argumentum ; quia Archidiaconus , qui paulò post Concilium floruit, in cap. statutum, §. assessorem de rescript, lib. 6. & Hostiensis , qui post Concilium viguit , de hac consuetudine meminere : ex quo fundamento in tota Hispania, & Gallia dicta nova prohibitio nequaquam recepta fuit. Unde licet in aliquibus partibus solum consuetudo obtineat, ut Clerici de prædictis bonis per testamentum disponant , ab intestato vero servetur jus Canonicum , ut ad Ecclesiam deferantur : in alijs vero locis ut testentur de fructibus simplicium, & in illis consanguinei ab intestato admittantur , non vero in alijs Beneficijs, Clarus §. testamentum quæst. 27. §. 8. ad fin. Tamen hodie absolute in Hispania , & Gallia sine distinctione receptum est, ut & ipsi disponant , vel consanguinei ab intestato succedant in omnibus his fructibus; & cavetur apud nos in d. Ordin. lib. 2. tit. 18. §. 7. & apud Hispanos est l. 13. tit. 8. lib. 5. Ordinam. Et licet in hoc Regno si attendimus ad legem Regiam d. §. 7. non disponat, sed se remittat ad consuetudinem , quæ extat : quæ qualis fuerit, apud nos non est sine dubio, si ad leges Extravag. titul. 2. part. 2. l. 10. attendimus, & ad ea , quæ Gama decis. 313. num. 8. ubi refert declarationem Regis Ioannis III. Tamen hodie sine dubio est talis consuetudo observanda ; quia ex contrario sequeretur fatalis Reipublicæ perturbatione, & ruina.

22 Nec obstant, quæ contra illam in principio adduximus. Ad primum enim satisfit , quod licet hæc consuetudo Iuris Canonici præcepta violet, non tamen directo contra leges est , cum supponat legis vinculum cessasse: quod duobus modis fit , vel quando lex absolute, vel ex maiori parte cessavit , vel quia supposito contrario usu lex illa à principio obligans redditur impossibilis , vel admodum difficultis , in quo deficit à sua substantia, cap. erit

autem ibi: Erit autem lex possibilis secundum consuetudinem patriæ loco, temporique conveniens : unde cum patriæ vetustissima consuetudo legi obstet , quæ legata non cessavit , imò incepit ex nova causa, quæ versatur circa difficultatem, & impossibilitatem observantiæ novæ prohibitionis , qua Status Ecclesiasticus perturbaretur, merito talis consuetudo rationabilis habenda est, maxime quando in pluribus casibus ab ipso Iure Canonico reperiatur comprobata , ut patet in dict. cap. in officijs. Ubi dicitur, quod in aliquibus locis consueverant Clerici de his bonis libere testari : facit deinde dict. cap. præsenti de electione in princ. juncto vers. nisi. Ubi admittitur consuetudo disponendi de his bonis in proprios usus ; quod fortius est. Deinde Extravagans suscepit regiminis de electione. Ioan. 22. quam expendit Covarr. ubi supra vers. cæterum. Deinde Decretum Alex. III. in Concil. Lateran. sess. 29. cap. 6. incipit, Ad hæc 4. tom. Concilior. fol. 268. Ubi clericis permittebatur dispositio de fructibus non perceptis : quæ magis obstat juri, quam consuetudo disponendi de perceptis : deinde constat ex authoritate Dueñ. reg. 366. limit. 22. Ubi dicit Iulium III. generali privilegio clericali statui indulsisse hoc idem. Quæ omnia obtendunt, quam non contra jus sit , sed præter illud talis consuetudo quam conveniens , ut observetur , & quam rationabile habeat initium , & progressum per temporis immemorialis cursum , qui non patitur , ut in discrimen adduci possint ea, quæ memoriam hominum excedunt ; habet enim immemorialis vim constituti.

Ultimo considero, quod omnia superposita evincunt , quod licite Clerici de suis bonis , & fructibus testari possunt. Si autem adhuc essemus in rigore juris, & testandi esset inhibita facultas, Ecclesia ipsa succederet , cuius erant fructus , non vero Sedes Apostolica , quia non reperitur in jure expressum illam successionem ad Romanam Ecclesiam

clesiam spectare. Quod si ex novis Constitutionibus illud admittendum est, has non fuisse usu receptas comprobabimus igitur.

23 Secundo non obstat d. cap. relatum, dum solum ad pios usus testandi facultatem indulget; quia cum illæ prohibiciones juris humani sint, tolli possunt consuetudine legitime præscripta, maxime immemoriali, ut supra ostendimus.

24 Ad tertium, negamus illos fructus non esse proprios clericorū supposita consuetudine, qua mediante acquiruntur: nam licet vasa Ecclesiarum, imagines, reliquiae, & ornamenta Ecclesiarum Rectoribus non acquirantur, quia semper in dominio Ecclesiarum sunt, ut deducitur ex his, quæ Navarr. de redditib. quæst. 1. monit. 18. post D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 3. Soto de just. lib. 1. q. 4. art. 3. Molin. d. disp. 142. Frater Ludovicus Lopes in Instructor conscient. 1. part. cap. 141. §. pro captura. Et insuper licet verum sit, quod bona, quæ Ecclesijs offeruntur per fideles, vel donantur, vel per ultimam voluntatem relinquuntur juxta cap. sunt qui opes 17. q. 4. cap. cum res 12. q. 1. l. si quis ad declinandam Cod. de Episcop. & Cler. Concil. Trid. de reform. sess. 25. cap. 16. Navarr. de redditib. q. 1. n. 18. & q. 3. n. 25. sunt in dominio D. N. Iesu Christi, etiam qua homo est, ex Navarr. de spolijs §. 2. n. 2. & de redditib. q. 3. num. 33. Sarmient. de redditib. 1. part. cap. 1. n. 22. Molin. d. disput. 142. vers. alia sunt, cap. qui Christi 12. q. 1. cap. in Canonibus 16. q. 1. cap. non liceat Papæ 12 q. 2. late Marsill. d. cap. 23. n. 94. Concil. sess. 25. de reform. à cap. 1.

25 Tamen licet harum rerum dominium residere censeatur circa Ecclesiam universalem, adhuc dominium harum rerum particulare penes ipsam Ecclesiam particularem residet, cap. cū ex eo de election. in 6. Marsill. ubi supra num. 110. Sicut in Principe temporali consideramus dominium universale regiminis, & administrationis, quod non impedit, ut rerum particula-

rium subditi proprie, & vere domini existant, ex Bart. communiter recepto in l. 1. §. hanc ff. de rei vendic. Covarr. d. §. 6. Valasc. de jure emphyt. q. 18. à n. 2. vers. quinta conclusio.

Ex quo etiam provenit, quod Cle- rici, & Ecclesiarum Rectores suorum Beneficiorum reddituum domini pro- priè, & verè efficiantur, non dispensa- tores, ut ex Thoma sequitur Navarr. in apolog. quæst. 3. monit. 1. & Molin. disp. 147. & Barbosa in l. divortio à n. 59. Receptior enim est opinio illos ve- ros effici dominos, ut probat cap. vero de cleric. non resident. lib. 6. Covarr. in cap. cum in officijs de testam. n. 4. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. n. 34. plures citat Cened. ad Decretal. collectan. 12. n. 5. Fachin. controvers. lib. 5. cap. 88. Aurel. rerum judic. lib. 3. cap. 3. Molin. de just. disput. 143. Ex quibus injuste prohiberetur dispositio libera Rectori- bus eorum bonorum, quorum ipsi non usufruētuarij, sed proprie sunt domini, in quibus, ac in patrimonialibus non potest impediri translatio in consanguineos, vel ex testamento, vel ab intestato, Covarr. in d. cap. cum in officijs num. 9. Molin. de primogen. cap. 10. num. 12. Gu- tierr. praet. lib. 2. q. 13. Salaz. de usufruct. cap. 13. Peres in l. 1. tom. 3. lib. 1. Recopil. §. 1. Matienç. in l. 3. tit. 8. lib. 5. Recopil. Barbosa in d. l. divortio n. 60. de quo est l. 1. tit. 3. lib. 2. Recopil.;

De illicita negotiatione.

26 Cum in Pauli Tertij Constitu- tione non satis esset explicatum, an quæsita ex illicita negotiatione essent Cameræ Apostolicæ reservata: emanavit Pij Quarti nova declaratio, qua sanctum fuit, ut hæc sic turpiter ex quæstu [contra] Canonum prohibitio- nem à Clericis, & Prælatis quæsita in- ter spolia cōnumerarentur. Quod postea etiam Pius Quintus alio Brevi declara- vit relato libro motuum fol. mihi 555. Quarum prohibitionum vigore talia

Nn bona

bona Ecclesiæ Romanae reservata esse non videtur ambigendum, cum in illis non detur illa ratio, quam supra in fratribus Beneficiorum ponderavimus; quorum Beneficiarij domini sunt legis Canonice authoritate, probat Molin. d. disp. 142. vers. dixi hodie.

At vero in quæsitis ex negotiatione illicita justissime S. Pontifex Episcopos, & Clericos Legum, & Canonum contemptores dominio acquisitorum privat, cum illis videatur negotiatio prohibita de Iure Divino, ex eo quod Christus Dominus negotiatores de templo ejecit, ut refertur Matthæi 21. habetur in cap. ejiciens 88. dist. & illud quod habetur Psalm. 70. Quoniam literaturam non cognovi: exponunt ibi Septuaginta, loco literarū intelligi de negotiatione: facit illud Eccles. 26. ibi: *Difficile exiit negotians à negligentia: & ibi illud 1. ad Tim. 3. ibi: In laqueū diaboli, &c.* Molin. disp. 339. in fine. Nam licet negotiatio de se sit licita, & pertineat ad hominum commercia, quæ de jure gentium introducta est, l. ex hoc jure ff. de iustit. & iur. Molin. de just. disp. 339. Frater Emmanuel in quæstion. qnæst. 8. 3. tom. Medin. de restit. quæst. 31. Tamen clericis prohibetur ratione status personæ, & indecentiæ. Atque ob id in diversis Cœcilijs illis interdicta negotiatio reperitur, ut per Salzed. ad Bernard. Dias cap. 55. adeo, ut detestentur Canones Clericū negotiatorem, ac dæmonem, ut in cap. negotiatorem 88. dist. & tanquam laicos conveniendos in sæculari sanxit l. 7. tit. 18. lib. 9. novæ Recopil. Rosel. in tract. de potest. Imper. & Papæ §. plus videtur n. 3. fol. 312. vol. 14. l. 2. C. de Episcop. & Cler. l. sub prætextu, Cod. de Sacros. Eccles. Benuenut. in tract. de mercatur. 3. part. tit. de his qui mercat. exerc. poss. n. 5. Aufrer. de potest. Sæcul. super Ecclesiast. n. 32. Gregor. in l. 49. verbo las franquezas tit. 6. part. 1. Ota-lora de nobilit. 2. part. cap. 1. n. 11. Méchac. de succession. creat. 3. part. §. 26. n. 78. & lib. 1. §. 10. n. 46. Capistranus in Specul. Cleric. part. 2. §. 6. vers. sexta spe-

cies, Albertus Trossius de perfect. Cleric. lib. 2. cap. 51. in princ. Gregor. in syn. tagmat. lib. 25. cap. 15. n. 9. Bobadilla 2. lib. cap. 18. n. 279. & n. 123.

27 Unde cum supradictæ causæ sint legitimæ, ut virtute illarū ex dictis novis Constitutionibus potuisset dominiū rerū sic acquisitarū negotiatoribus adimi, & Cameræ Apostolicæ applicari, ad illam pertinere resolvendum est, ut per Azor 2. part. lib. 8. cap. 2. q. 1. Navarr. de spol. §. 7. n. 4. Qui in eodem casu ita dicendum fore afferunt.

28 Verum his non obstantibus, in hoc Regno sine dubio est ex negotiatione quæsita propria fieri negotiantiū, & de illis libere disponere posse, et si nō disponant, ad legitimos successores spectare ad instar rerum patrimonialium: constat namque Concilium Chartaginense prius Clericis negotiationem interdixisse sine aliqua pæna, postea pænas addidit Concilium Tarragonens. ut refert cap. Canoni 14. quæst. 4. & cap. quicunque eod. Ubi solum pænam exprimit, ut à cætu Clericali arceatur, ibi: *Cohibeatur à Clero.* D. Thom. 2. 2. q. 77. Matienç. Recopil. lib. 5. l. 11. gloss. 1. num. 3. Bobad. in polit. d. cap. 18. n. 123. Molin. disp. 342. Postea addita fuit pæna excommunicationis in cap. cum secundum ne Clerici, vel Monachi, cap. consequens 88. dist. addita insuper suspensionis, & privationis pæna, de qua in cap. pen. 91. dist. cap. sed nec ne Clerici, vel Monach. quas omnes pænas innovat S. Concil. Trid. sess. 22. cap. 1. de reform. quas incurri non posse, nisi prius ter moniti non resipiscant, tenent Doctores in cap. fin. de vita, & honest. Rodean. de spolijs q. 2. num. 66. de quo est lex partitarum, ut per Humadam in schol. ad Gregor. ad gloss. 3. tit. 6. part. 1. l. 49. n. 2. Azeved. in l. 55. tit. 4. lib. 5. n. 3. Rodoan. de rest. spol. q. 2. n. 66. Bobad. d. n. 123. Foller. in tract. verbo audiatur n. 56. Decianus tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 8. & num. 13. Graffis in decis. aureis 1. part. lib. 3. cap. 2. n. 23.

29 Deinde ut pænas supraposita sit

DECISIO LXXXVI.

425

sit locus ; requiritur sententia contra negotiantem , ut convincatur de illicita negotiatione , nec pæna ipso jure imposita censeri debet , nisi ubi lex specialiter exprimit , text. in Auth. de non eligend. secundo nubent. §. cum igitur , Valasc. de jure emphyt. q. 36. num. 6. Quæ etiamsi ipso jure inducta esset in dictis novis Constitutionibus, adhuc talis negotiator debet vivens de tali delicto convinci, ut bona Cameræ applicari valeant ex l. i. ff. de jur. fisc. Matienç. l. i. tit. 4. lib. 5. gloss. 10. n. 12. & 39. Corduba quæst. 119. Doctores in cap. cum secundum de hæretic. in 6. Covarr. de sponsal. 2. part. cap. 6. n. 9. Tiraq. verbo revertatur n. 100. Menoch. de arbitr. cas. 416. num. 62. Morla in empor. jur. tit. de legib. quæst. 8. Azor 1. part. lib. 5. cap. 7. Gutierr. Canon. lib. 2. cap. 5. num. 24. Quod si adhuc quis replicet, pænā ipso jure incursam transire , etiam ad hæredes, & successores , sicque fiscum posse bona ipso jure amissa ab hæredibus vendicare, ut in l. Caius 22. ff. ad Syllan. ibi: *Morte extinctam non videri: & in c. 96. num. 22.* Adhuc respōdemus illas novas Constitutiones, vel in illis pæna ipso jure imponatur, vel per sententiam nequam in hoc Regno receptas esse: atque ideo cessat labor, an contra successorem, qui loco hæredis habetur , ut in cap. 1. de succession. abintest. competit actio ad restituenda , quæ quæsita fuere ex illicita negotiatione.

30 Atque hoc constituto, non obstant, quæ supra in contrarium adduximus : nam ad primū respōdetur, non deficit in Sūmo Præsule potestatem , sed ex illius benignitate esse , ut nolit suas Constitutiones observari, nisi quādo convenient patrīæ moribus, ut usu recipiantur; quod in nostro casu deficit : non enim hujus Regni paupertas patiebatur , ut talia spolia ad Camerā Apostolicā deferrentur, ne Regnū pecunia exauriatur, maxime quando Regū sanguine à Mauorum , seu orci faucibus ereptum est , & libertatem vendicatum. Ratione cuius laboris Summi Pontifices solent cum

nostris Regibus se liberales exhibere, nec eorum jura , & consuetudines tempore immemoriali roboras , ex quibus vix generalibus expressionibus revocasle cēsetur, cum potius omnes Regni consuetudines Apostolica firmitate roboratae sint in dicto ultimo articulo Regis Dionysij, à cuius temporibus ante hæc omnia observantur , cum nullum memoriae in contrarium vestigium extet.

31 Nec obstabit ultimum , quod omnis negotiatio Clericis interdicta ratione status clericalis. Respondeatur , quod nō omnis negotiatio Clericis prohibita est ; œconomica enim negotiatio, quæ circa curam familiæ versatur, etiam Episcopis licita est ; quia de familia sua debet esse solitus , & ad ipsius indigētiam attendere ex Paulo ad Timot. 3. D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. Dueñ. reg. 11. Avend. respons. 33. num. 4. Trocias lib. 2. cap. 52. à n. 3. Graffis in aureis decis. lib. 3. cap. 2. à n. 6. Navarr. in Manual. cap. 25. n. 110.

Unde etiamsi Prælatus, vel Clericus lucrativam exerceat negotiationem , adhuc licite facit, quando res emptas ad negotiandum ipse sua industria mutaverit, auxerit, ut non eadem res , sed diversa dici valeat illa, quæ modo distrahitur: prout si equum emit, quem meliorum reddidit, & pinguiorem: vel lanam , ex qua pannos composuit. Zerola in praxi Episcop. 10. §. 1. vers. Clericus , Lelius Zechius de Rep. Ecclesiast. tit. de Clericis §. 7. vers. 47. fol. 450. Sá in aphorism. verbo Clericus num. 21. Tiraq. de nobilit. cap. 35. n. 19. Unde Iuris, & Cōciliorum prohibitiones intelligi debent de ea negotiatione, in qua res sine ullo facto extrinseco negotiantis permuntantur, venduntur, distrahuntur, mittuntur, vel habita fide de pretio dilata solutione venduntur; quia hæc negotiatio , quæ mercatori soli convenit , ratione status clericalis non convenit , nec nobili, ex Aristol. lib. 1. polit. cap. 6. & 7. Sot. de just. q. 2. art. 2. in princ. Salzed. d. cap. 55. Navarr. de spolijs §. 2. n. 3. ad fin.

Unde illud videtur sine dubio, quod

No 2

li

DECISIO LXXXV.

licet verum sit, quod qui contra Cano-
num decreta negotiationi se immiscet,
legum præcepta violet, & peccet; non
tamen tenetur ad restitutionem acquisi-
torum, cum non offendatur justitia
commutativa, nec dominium acquisi-
torum amittit, Frater Ludovicus Lopes
in Instruct. I. part. cap. 105. Sairo in
Thesaur. casuum lib. 10. cap. 22. num. 32.
Soares de Societate I. tom. tract. 2. lib. I.
cap. 22. ex num. 7. resolvit Gregor. part.
I. tit. 6. l. 46. in verbo contra voluntad.
Nec tenetur sic lucrata in pijs operibus
expendere, nisi ex consilio, D. Thomas
2. 2. quæst. 32. art. 7. & in 4. decis. 15.
quæst. 2. art. 5. Soto de justit. lib. 4. q. 7.
art. 1. Medin. de eleemosyn. faciend. ex
bonis illicite acquis. Navarr. in Manual.
cap. 17. num. 12. Lassarte de gabell. cap.
num. 20. Nec taliter acquisita reservan-
tur Cameræ Apostolicæ attento jure,
sed Ecclesiæ propriæ, quando de illis
non disponat, ex gloss. in cap. non di-
catis 12. quæst. 1. Navarr. dict. §. 7. n. 4.
Rodoan. de spolijs q. 12. idem Navarr.
in apolog. q. 1. monit. 24. Unde ac-
quisita ab Episcopo ex patrimonialibus
reservabuntur ejus hæredibus, si ex bo-
nis Ecclesiæ ipsius successori: si Epis-
copus vero sit Monachus, acquirentur
suæ Ecclesiæ. Quare si Cameræ Apo-
stolicæ reservata essent acquisita, foret
utique ex dictis legibus extravaganti-
bus, quas usu non receptas in Lusitania
constat, ut supra diximus.

De bonis apostatarum.

32 Si ad juris fontes attendimus,
quæ a Monacho acquiruntur, non ipsi,
sed monasterio acquiri intelliguntur Auth.
ingressi C. de Sacros. Eccles. Abb. in cap.
fin. de reg. Unde etiam si apostata factus
ditescat, monasterio acquirit, tanquam
servus domino, cap. Abbates 18. q. 2.
cap. non dicatis 12. q. 1. Navarr. de Re-
gular. comment. 2. n. 33. & de spolijs §.
7. Frater Emmanuel Rodrigues de Re-
gul. tom. I. q. 30. art. 12. Azor I. tom.
Moral, lib. 12. cap. 16. q. 8. Molin. disp.

140. Nec ullibi legitur hæc bona Ca-
meræ Apostolicæ esse reservata, nisi quâ-
do Religio, in qua talis Monachus pro-
fessus eit, sit incapax bonorum.

Hæc omnia aliter dictis Bullis Pij
IV. & Gregorij XIII. disponuntur, &
jus novum constituunt: in quo usu hu-
jus Regni receptæ non fuerunt, sed Ma-
jestati Regiae placuit, & circa apostata-
rum bona Camera Apostolica cum his,
quos tangit, agere possit pro his spolijs
colligendis, ut patet ex Regis Epistola,
cujus tenor est.

Por Carta de S. Mag. de 9. de Setembro
de 609. diz que nas duvidas, que aquis se
tem movido com os Coletores Apostolicos
sobre os spolijs, & outros particulares, se
diga ao Coleitor da parte de S. Mag. que S.
Mag. mandou ver com toda a devida consi-
deração, & com intento de se dar intera sa-
tisfação à Camara Apostolica, no que fosse
justo, nas pertenções, que por parte de seus
antecessor se intentaram em materia de spo-
lijos, & que sendo informado, como nūca ne-
ste Reyno os ouve, nem dos Bispos, nem dos
Clerigos seculares, ainda que fosse de bens ac-
quiridos por negociação, & q' nesto posse estâ
de tempo immemorial, sem aver causa em
contrario. Que S. Mag. pela obrigaçao, que
tem de conservar seos Reynos nas exemp-
ções que lhe tocão, & não consentir que em
contrario dellas se façao, & introduzam
novidades, he sua tençao nesta materia, que
por nenhūa via se consintão os ditos spolijs,
& que assim o tenha elle entendido; & que
para se continuar, & conservar a posse em
q' este Reyno estâ, não he necessario outra at-
gúia diligencia: & que no ponto dos bens dos
Religiosos apostatas q' murrem for a da clau-
sura, posto q' nao carecia de muita duvida,
com tudo por S. Mag. querer, que no que
ouver algū fundamento, se escuse contradi-
çao, poderá elle requerer, & seguir o direito
por parte da Camara Apostolica, se o per-
tende, sem q' pela dos ministros de S. Mag. se
acuda, nem faça officio algum em contra-
rio. E que isto he o mesmo que em Madrid
se lhe disse de sua parte, com que tem por-
certo, que se quietara, & que na conformi-
dade desta resoluçam se proceda, & se avise
della

DECISIÓN

LXXXV.

della aos Tribunaes, & aos Ministros, que parecer, & que pelo governo se dé ordem necessaria para os bés, que estiverem embargados de spolios, se entregarem com effeito a quem pertencerem.

Ex quibus fundamentis sententiam Sapientissimi Präsidis confirmavimus, jussimusque, ut Collector omne spo-

427
lium restitueret hæredibus defuncti; quia in hoc Regno non erant dictæ Bul-læ receptæ, & judicium dicti Präsidis erat competens; quia Collector non habet in Regno superiorem: de quo late diximus de Manu Regia, & in nostra Armonia Adversariorum juris Regij: Scriba Azevedo.

SUMMARIAS.

1



Ollatio ex capite vi-tanda inæqualita-tis inquatuor casibus habet locum.

Filius emancipatus omnes donationes conferebat exti-tulo de collatione bonorum. ibi.

2 De jure Regio omnes donationes conferuntur, sive à principio va-leant, sive non.

Conferri debet emphyteusis à pa-rente in vita donata. ibi.

3 Interpretatur Ordin. lib. 4. tit. 97. §. 22.

In nominato ad emphyteusim duo casus considerantur, quod vel est hæres, vel repudiat. ibi.

Si est hæres, tenetur emphyteusim donatam in vita conferre. ibi.

Excepto casu, si pater reservavit usumfructum. ibi.

4 Si filius repudiat conferre, non te-netur.

Ad considerandam inofficiosa-tem habet donarius electionem, vel temporis donationis, vel mor-tis. ibi.

Fructuum perceptorum ex re dona-ta non debet fieri ratio, quia per-cepti à re sua. ibi.

Si pater donat filio fructus maiora-

tus, non tenetur illos conferre. ibi.

5 Ordinatio considerat emphyteusim inter bona donantis.

Quando à patre filio donatur em-phyteusis, habetur, ac si pater em-phyteusim vendidisset, & filio tra-didisset pretium. ibi.

Interpretatur Ordin. d. §. 22. ibi;
Estimaçāo. ibi.

Ordin. d. §. 22. explicanda est per
§. 3. ejusdem tituli. ibi.

Qui non vult hæres esse, non con-fert, nisi quando laedit fratres. ibi.
Donatio, quæ excedit legitimam filij, & tertiam parentis, excessiva est. ibi.

Interpretatur Ordin. d. tit. 97. §. 3.
Filius, qui abstinet, adhuc confert, excessum legitime.

Fructus non augent rem donatam à patre. ibi.

Cum sint percepti fructus ex re propria, nec imputantur, nec con-feruntur. ibi.

5 Emphyteusis traditæ in vita estia-matio imputanda est.

Si cessat collatio hoc casu, non cesa-sat refusio excessus. ibi.

In emphyteusi empta filius nihil conferre tenetur, si nominatur à patre post mortem suam. ibi.

DECISIO LXXXVI.

*Eo tamen casu refundit fratribus
preium. ibi.*

*Nominatus ad emphyteusim, si me-
liorations excedunt tertiam de-
functi, confert excessum. ibi.*

*In hoc casu filius est peioris condi-
tionis, quam extraneus, cui si fit
donatio, non confert. ibi.*

*Lex non presumit, quod pater do-
nabit extraneis. ibi.*

*Filijs facilius parentes donant in
præjudicium aliorum. ibi.*

Extraneus in hac materia, & fi-

lius equiparati sunt. ibi.

*Si in extraneo admittitur pretij re-
fusio, si excedant tertiam defuncti
meliorations, idem admittendum
est in re ipsa. ibi.*

6 Interpretatur Ordin. lib. 4. tit. 97.
§. 22. cum §. 3. ejusdem titul. I.

*Illa verba, Lhe será imputado,
debent intelligi de imputatione
impropria. ibi.*

*Casus omissus à lege Regia non de-
bet decidi à Iure Romanorum, sed
à Regio, si extat.*

DECISIO LXXXVI.

*An emphyteusis æstimatio, quæ in dotem data fuit, & tradita, debeat in colla-
tionem deduci? Ad Ordin. lib. 4. tit. 92. §. 3. & §. 22.*



Um Florinda Mergulhoa filiae suæ emphyteusim magni valoris traderet per donationē inter vivos, ut statim fructus ipsius perciperet: & post aliquot annos dececessisset Franciscus Leitam, qui alteram filiam duxerat, petiit à sorore, ut collationem faceret dotis receptæ, & conferret emphyteusis valorem, seu æstimationem. Rea se defendebat, ejusque maritus, quod sua dote contenti hæreditati renuntiaverant, & quod cessaret omnis conferendi obligatio; quia Ordinatio Regia lib. 4. tit. 97. §. 3. juncto §. 22. ibi: *Seja obrigado o dito filho ao trazer à collaçam, se quizer herdar com seus irmãos: non aliter obligat filium ad conferendam æstimationem emphyteusis, nisi sit hæres, ibi: Lhe será imputado no seu quinhão a valia, & estimação do prazo, q' valia ao tempo que lhe foi dado: & in confirmationem hujus partis sententia à judice prolatâ fuit, solumque Ream condemnavit, ut conferret melioratio-*

nes in emphyteusi factas ex his, quæ Valasc. de partit. cap. 13. num. 122. & ab æstimatione ipsius absolvit.

1 Sententiam duxere confirmans dam D. Nonius d' Affonsoca Cabral, & D. Didacus de Brito, à quibus discessi: & notabam, quod de jure communi collatio, quæ fit ex capite vita-
dæ inæqualitatis, solum in quatuor casibus habet locum: in dote, ut in tit. de collat. dotis, 1. filiæ C. de collation. in donatione propter nuptias, 1. ut liberis Cod. de collation. in militia vendibili, 1. pen. §. 1. Cod. de collation. ultimo in do-
natione simplici, quando pater dotem alteri filio, alteri simplicem fecerit do-
nationem, qui est casus specialis in d. 1.
pen. §. fin. excepto filio emancipato,
qui omnes donationes etiam simples
conferebat ex titulo de collatione bono-
rum, sicque procedit 1. si donatione C.
de collation.

2 De jure autem Regio non solum hæ donationes conferendæ sunt, sed & aliæ simples, sive à principio valeant,
sive non: & pariter debet conferri em-
phy.

phyteusis à parentibus in vita donata , vel si quid ex parentum bonis ratione emphyteusis ad filium devenit , Ordin. lib.4.tit.97. §.22.

3 Unde cum Regia Ordinatio non egisset de emphyteusi in §. 3. dict. lib.4. tit.97. in §.22. de eo casu meminit. In quo duo casus comprehenduntur: alter est , quando filius nominatus vult esse hæres : secundus, quando hæreditatem paternam repudiat. In primo casu donata emphyteusi in vita tenetur filius ejus æstimationem conferre fratribus , non tamen simpliciter ; nisi quando ipsa emphyteusis traditur fruenda , quia si pater usumfructum reservavit , non est collationi locus , cum potius videatur simpliciter nominatus post mortem , quantumcunque irrevocabiliter emphyteusis translata sit, ut ex æquiori sententia dixit D. Caldas Pereira de nomin. q. 18. n.3. Valasc. de partit. cap. 13. n. 126. & 133.

4 In secundo casu, quando hæreditatem repudiat filius , videtur in ea Ordinatione quæstio decisa , ut non tenetur à contrario sensu , quod argumentum valet , quando absurdum non sequitur , Surdus decis. 41. & conf. 361. num. 40. Maxime quia consonat juralis interpretatio , secundum quod solum attenditur donationis inofficiositas , ut servetur æqualitas inter filios , Valasc. de partition. cap. 15. num. 83. & conf. 189. num. 27. & habet nominatus electionem utriusque temporis , donationis, vel mortis donatoris , ex Ordin. lib.4. tit. 96. §. 4. Cum ergo tempore mortis capiat à patre illo tempore electo , cessat inofficiositas : nec debet aliqua consideratio fieri fructuum , quos donatarius in vita patris recepit ; quia hos accipit à re sua, & succedit Ordin. lib.4. tit.97. in princip. quæ non obligat ad fructuum rei donatæ collationem , Valasc. d. cap. 13. num. 14. & in filio abstinentे cap. 15. num. 88. D. Caldas Pereira de nomin. quæst. 18. Sicut alias si pater cedit filio maioratum , & ipse fructus in vita patris percepit, ad collatio-

nem illorum miniūme tenetur. Thomas Vaz alleg. 59.n.4.

5 Verum his non obstantibus ego contrarium sentiebam ; quia Ordinatio Regia considerat emphyteusim inter bona donantis dict. §. 22. Valasc. quæst. 1. num. 23. & quando à patre filio donatur, perinde habetur ; acsi ipse emphyteusim vendidisset , & filio tradidisset pretium ipsius : & ideo consuliò utitur illo verbo, *Estimacão*, quasi filius eo casu æstimatam actipiat emphyteusim, ut non ipsam, sed ejus æstimationem conferat, argum. 1. si æstimatis ff. solut. matrimon. Nec aliud probat Ordin. dict. §.22. à contrario sensu , quia debet explicari per §.3. supra eod. tit. Ubi cavetur filium, cui donatio facta est, non teneri conferre donationem à parente factam, si abstinet , nisi quando fratres lædat ; quia donatio excedit legitimam, & defuncti tertiam : quod in nostro casu dabatur , quia emphyteusis erat magni valoris. Unde cum apparet talem donationem excedere legitimam filij , & tertiam parentis , nulla juris ratio patitur , ne æstimatio conferenda non sit ; alias namque possint parentes emphyteuses uni ex filiis donare in vita , ex quarum fructibus esset alenda familia , & patrimonium commune augeretur , & filiorum legitimæ ex redditibus ipsarum excrescerent , & hoc modo attenuarentur legitimæ , fraudaretur æqualitas divisionis , & unus omnem patris substantiam absorberet. Nec obstatunt , quæ supra pro contraria opinione adduxi : quod hæc procedunt , quando vult esse hæres , & cum sub illa conditione sit filius obligatus , illa deficiente non tenetur, l. pecuniam, vers. proinde ff. si cert. petat. Valasc. 1. tom. conf. 82. num. ultim. in fine.

5 Quia in d. §. 3. clare disponitur , quod si filius abstinet , adhuc tenetur restituere excessum legitimæ : cum ergo emphyteusis sic æstimata , ut traditur, legitimam excedat , & tertiam defuncti , reliquis cohæredibus ille excessus

sus restituendus est. Unde , licet fateamur in hac æstimatione emphyteufis non computandos fructus ex ea perceptos, ex Ordin. d. tit. 97. in princip. Valasc. de partition. cap. 1 §. num. 87. ex sententia Seguræ in l. 1. §. si vir uxori ff. acquir. possess. Molin. Theolog. part. 2. disp. 238. §. quando autem ; quia fructus non augent rem donatam , idem Valasc. d. cap. 15. num. 88. & sic non imputantur , nec conferuntur , Surd. conf. 388. num. 20. facit l. scimus §. repletionem C. inoffic. testam. l. jubemus C. ad Trebell. idem Surdus conf. 291. num. 21. quia cum percipientur ex re propria, nec imputari, nec conferri possunt, Surdus d. conf. 388. num. 10. Gregor. in l. 8. tit. 4. part. 5. gloss. 12. ad finem ; solum enim quod datur fructus, simpliciter conferuntur, Gama decif. 118. n. 1.

5. Tamen adhuc restat , An sit imputanda æstimatio dictæ emphyteufis ? Et videtur , quod sic : nec obstat , quod cum non fuerit empta , non est conferibilis ; immo videtur capi tempore mortis parentis, l. à patre C. de collation. & non à donante, sed à primo ex reg. l. unū ex familia ff. de legat. 2. Vaz allegat. 59 num. 6. Quia satisfit , quod etiam si in hac emphyteusi cesset collatio , non tamen cessat refusio , seu restitutio excessus , quia hæc emphyteufis non capitur à domino , sed à nominante , qui patrimonium fraudat , & reliquos filios privat fructibus , ex quibus augeretur paterna substantia ; nec capit tempore mortis paternæ , sed in vita ipsius , quia tempus mortis in Ordin. lib. 4. tit. 97. §. 4. solum consideratur ad æstimationem ipsius rei donatæ , ut hoc , vel illo tempore accepta res censeatur data , ut augetur , vel minuatur ipsius valor , quod executionem actus respicit , non substantiam traditionis , quæ facta fuit in vita , & illoco debetur rei traditæ æstimatio reliquis filijs pro ea parte , quæ legitimam excedit , & defuncti tertiam : & sic ex antiquiori , & prima causa regulatur talis donatio : sicut alias in emphyteusi empta idem Valasc. d. cap. 13.

num. 104. Cujus emphyteufis empta est optimum simile , quia in hac filius nihil conferre tenetur , si nominatur à patre post mortem suam ex reg. dict. l. à patre , & tamen eo casu refundit fratribus pretium ipsius , seu illi imputatur , vel si nominans meliorationes fecisset , ne insurgat inæqualitas respectu fratru : & videndus est idem Valasc. d. cap. 13. num. 121. Ubi tenet , quod si exceedat legitimam , & tertiam , etiam conferat excessum : maiori ergo cum ratione si fuit tradita in vita.

Quod si quis replicet filium hoc casu esse deterioris conditionis , quæm extraneum , qui nihil confert , nec refundit : Respondetur , quod non præsumit lex , patrem posse res proprias extra neo donare , & ideo maior prohibitio reperitur in filijs , quibus parentes facilius donat in fraudem aliorum ; & nihil mirum , si in hoc filius sit deterioris conditionis , sed si bene hoc percipiatur , videntur æqualiter procedere ; quia sicut extraneus , cui emphyteufis donatur meliorata , meliorationes deducit de tertia defuncti , vel pretium quo empta est emphyteufis , Valasc. d. cap. 13. n. 125. Sic filius , cui donatur , habet obligatam tertiam patris , vel utriusque parentis , si uterque donavit , ut donatio repleatur. Ordin. d. lib. 4. tit. 97. §. 3. & 4. Secundo , quia sicut filius æstimatione , quæ excedat dictam legitimam , & tertiam , refundit , sic pariter extraneus , quando tertia non reperiatur , vel non sufficiat , quia præjudicium generaretur filijs contra regulam l. 1. l. si totas , l. si liqueat C. inoffic. donat. Valasc. d. cap. 13. n. 125. Si ergo in extraneo admittimus refusionem , & restitutionem pretij , vel meliorationum , quæ legitimam partem excedunt ; idem necessario dicendum est in re ipsa , quæ excedit , ne quod in parte admittimus , in toto negemus.

6. Unde necessario intelligi debet Ordin. dict. §. 22. comprehendere hunc casum intellecta ex §. 3. & dum in d. §. 22. dicit: *Lhe será imputado* , non debet intelligi de vera imputatione inter ha-

redes, sed de imputatione improbia accepta pro refusione, ut in hoc Regno accipi testatur Veiga insignis Præceptor Primarius in §. quædā Init. de action. Vel rursus dicendum, quod hic casus, quando hæres non est, tanquam omis-sus debet decidi non à jure communi Romanorum, sed à jure Regio, quod nostrum jus commune est, de quo egerat

Legislator in d. §. 3. Sed his non obstantibus, quæ pro illo tempore non disciplinare, sequenti Domino Peritissimo Vincentio Nogueira aliter visum fuit, & eam primis Senatoribus sententiam scripsit, ne filia emphateusim donatam in vita cum translatione fructuum conferat, si hæres esse noluerit: Scriba fuit Ma- chado.

SUMMARIA.



Ex Regia, dum ca-sus excipit, in qui-bus non requiritur publica scriptura, mercatorum non me-minit.

Mercatorum causæ videntur esse sub regula. ibi.

Consuetudo solum circa literas cā-bij versatur, ut in illis publica scrip-tura necessaria non sit. ibi.

Consuetudo paulatim invexit, ut non solum in literis cambij, verum in alijs causis scriptura necessaria non sit. ibi.

Consuetudinis maior est vis, quam legis. ibi.

Lacedæmonij potius jure non scrip-to utebantur. ibi.

Interpretatur Ordin. lib. 3. tit. 59. §. 13.

2 Ordin. admittit inter mercatores probationem per testes in his, quæ incidunt in contractu.

In contractibus mercatorum, qui fiunt per scripturam, incidentia probantur per testes. ibi.

3 Ex epistola non nascitur obligatio. Quando testes deponunt se vidisse

scribere, quam fidem faciant. ibi.

4 Epistola mercatoris, & alterius personæ differunt.

Epistola, si consentit is, ad quem mittitur, pro pacto est. ibi.

Inter absentes duo sunt paciscen-di modi per epistolam, vel nuntiū. ibi.

Epistola est tacitus nuntius. ibi.

5 Epistola confessata plene probat.

Si habet testes, & subscriptionem utriusque partis, plene probat, alias secus. ibi.

6 In Epistolis mercatorum sufficit, ut earum fides testibus comprobetur. Inter libros mercatorum, & epista-lam non est differentia.

Epistola mercatorum videtur, quod fidem faciant, ut ex illis agi possit per assignationem decendij. ibi.

Intellectus l. fin. ff. de institu-tione action.

7 Interesse peti non potest, nisi probe-tur, cum illa solitum pecunia peten-tem negotiari.

Lucrum cessans non excedit prin-cipale. ibi.

Interesse ex interesse non debetur. ibi.

434 DECISIO LXXXVII^s

DECISIO LXXXVII.

An in contractibus mercatorū requiratur scriptura publica? Et An testes, qui deponunt de litera scribentis, sufficient? Ad Ordin. lib.3. tit.59. §.13.



Onfessus est Alphonsus Luis per epistolam se recepisse à Francisco Rodrigues 160. mille nummos, ut ex illa pecunia triticum emeret mandatori: cumque postea non stetisset promissis, dictus Franciscus eum interpellavit pro pecunia, & interesse lucri celsantibus. Negabat Reus epistolam, qua confessio recepti continebatur; quia tamen testes aderant in processu, quia eam esse Rei affirmabant: Dubitabatur de sequentibus: Primo, An inter mercatores contractus probari posset sine publica scriptura? Secundo, An sufficeret testiū assertio, qui dicebant epistolam esse Rei, quia notam habebant ejus literam, ut plene probaret? Tertio, Quale interesse hoc casu taxandum foret?

I. Et circa primum, si ad legem Regiam lib.3. tit.59. attendimus, generalem regulam constituit circa omnes contractus, ut per scripturam celebrentur, & inter plures, quos excipit, mercatorum non meminit; videntur ergo esse sub regula hujus opinionis. Extitit Gama decis. 238. solum excipiens literas cambij, quibus ex consuetudine aliud receptum testatur, quem sequitur Valasc. cons. 177. num. 8. ponderans ad id Ordin. d. tit. 59. §. 13. & §. 19. Ubi agit de proxonetis, quibus mercium venditio commendatur, & cum sint mercatorum res, adhuc scripturam desiderat, cum tamen illi mercatorum merces difrahant publica autoritate, in quo maior erat ratio permittendi, ut contractus valeret. Et licet hæc vetustati placuissent, illa tamen consuetudo, quæ induxit, ut literis cambij contra rigorem hujus legis plena adhibe-

retur fides, ut publicis, paulatim, & per quandam tacitam alluvionem maiora induxit, ut in omnibus contractibus mercatorum, in quibus id qualitas negotiorum exigit, nulla scriptura publica necessaria sit: & sanctiora sunt, quæ moribus afferuntur, quam quæ imperantur legibus; quia hæc dantur invitatis ab eo, qui plus potest, illa consensu omnium incipiunt, per vim namque sunt leges, & plebiscita coacta; consuetudo vero ultro suavi paulatim in mores hominum insuit, & bono publico constituta censetur consuetudinem regionis attendendam commendat D. meus Caldas Pereira de nominat. q. 71. num. 11. q. 23. num. 7. & 10. Bart. in l. de quibus ff. de legib. & est fortior privilegio, Surdus conf. 165. n. 11 & 272. num. 19. verborum & rerum est domina, ex Cujat. tom. 1. fol. 405. lit. C. & ideo Lacedæmonij potius jure non scripto utebantur, idem Cujat. 2. tom. fol. 127. lit. B.

Ex quibus in multis casibus in Senatu occurrentibus inter mercatores non desiderari scripturam placuit: quod videtur deduci posse ex Ordin. dict. tit. 59. §. 13. dum inter mercatores societatem ineuntes admittit probationem per testes in his, quæ inciderint in ipso contractu à principio per scripturam celebrato; cum tamen eadem lege Regia in §. 11. cautum sit, quod si à principio per scripturam contractus sit celebratus, accidentalia contractus, solutiones, & similia testibus non probentur, Gamma decis. 264. Cabed. arest. 40. 1. part. Vaz alleg. 72. Quod tamen in d. §. 13. in contractibus mercatorum remittit. Cum ergo in casu magis arduo indulget, ut testibus fiat probatio, quando

con-

contractus à principio celebratus est per scripturam: à fortiori debet admitti, ut ipse contractus principalis sine scriptura fieri possit. Et ita observari testatur decis. Genuæ 142. ubi refert dictum Zabarellæ cons. 153. Cujus rei argumentum non leve præstat Ordin. lib. 1. tit. 11. §. 2. quod repetit eadem Ordin. tit. 59. §. 17. ut illud, quod in literis cambij consuetudo introduxit, eadem æqualitate suggestente, & boni publici consideratione, & contrahentium securitate ad omnes pactioaes porrigitur: faciunt quæ Bart. in l. nuda num. 8. ff. de donat. ibi: *Et approbat hoc consuetudo, &c.* Cujus rei est ratio; quia mercatores gerunt quasi publicum officium ex Bald. in rubr. C. constit. pecun. col. pen. Unde literis cambij mercatoris merito creditur, ut publicæ scripturæ, ut nulla recognitione indigeant, Ordin. lib. 3. tit. 25. in princ. in alijs vero mercatorum chirographis verius est valere in illis casibus, in quibus inter alios scriptura publica requiritur, licet illis non credatur ut publicis scripturis, quia in his semper requiritur, ut præcedat recognitio partis. Ordinatio d. tit. 25. §. 9.

3 In secunda quæstione de epistola à testibus recognita videbatur insufficiens, & illegitima probatio ex his quæ in l. Publia §. Titia ff. deposit. ubi ex epistola non nascitur obligatio, nec ex alia qualibet privata scriptura, prosequitur Parlador lib. 2. §. 5. cap. 1. ubi late. Et requiritur, quod testes deponant se vidisse scribere, Auth. de fide instrum. in princ. & in §. 1. col. 6. Afflict. decis. 81. Rota Genuæ decis. 18. num. 3. Menoch. cas. 144. num. 22. Nec sufficit, ut literam notam habeant, Valasc. d. cons. 177. num. 4. quia insuper requiritur literarum comparatio, Parlador ubi supra, Mafcard. conclut. 330. Et etiam eo casu semiplena tantum componitur probatio. In hoc tamen Regno junctis his probationibus per testes, & comparationem, plenam resultare dicit Valasc. cons. 67. num. 14. & etiam altera eorum

deficiente, vel imperfecta, ut d. n. 14. in fin.

4 In quo articulo ego distinguendum puto inter epistolam mercatoris, & alterius personæ, ut scilicet cujuslibet tertij epistola, si ille non dissentiat, pro pacto sit, ut in terminis l. qui negotia ff. mandati, ibi: *Epistola adeum misit, qua significaret certam sumnam ex administratione apud se esse, &c.* Atque ita epistola, cui consentit is, ad quem mittitur, pro pacto est; quia pacta recte fieri posse per epistolam probat l. 2. ff. de pact. explicat Cujat. ad Afric. in d. l. qui negotia 2. tom. fol. mihi 2047. Duo namque sunt modi pacisci inter absentes, per nuntium, & per epistolam. Epistola est tacitus nuntius, ut Epistetus Adriano Imperatori respondit, & è contra nuntius est epistola loquens, pungit Cujat. ad tit. ff. de obligation. & action. in l. 2. Et cum his casibus nudo consensu contrahatur, nascuntur actiones bonæ fidei, quæ obligant utrumque contrahentem in id, quod ex æquo, & bono, idest ex bona fide invicem dari, frui, præstari oporteat, §. Institut. de author. tutor. l. in commodato §. sicut ff. commodat.

5 Unde fit, quod in epistolis particularium personarum obtinuit sententia Bartoli in l. nuda num. 6. ff. de donation. ut si epistola confessatur, pleine probet, l. Publia ff. depositi §. fin. l. cū de indebito §. fin. ff. de probation. l. plures §. fin. C. de fid. instrum. l. rationes C. de probation. l. non nudis, l. non Epistolis C. eod. Si vero quis negat suam esse, tunc vel habet subscriptionem utriusque partis, & testium, quibus attestantibus plenam facit fidem sine alia comparatione, l. scripturas C. qui potiores si deficit subscriptio utriusque partis, tunc si testes adsunt ejusdem scripturæ, vel alij, qui interfuerunt, juncta comparatione plena resultat probatio, dummodo tot sint testes, qui sufficient ad contractum, Auth. atsi contractus C. de fid. instrum. altero eorum deficiente semiplena probatio sit, Auth. de fide instrum.

strum. §. i. late Bart. in l. admonendi ff. de jurejur. & in l. Lucius ff. de fidejuss.

6 In epistola vero mercatoris, cuius officium quasi publicum est, ut inquit Bald. in rubr. C. de constit. pecun. col. pen. & eos succedere in loco eorum, qui olim eligebantur publica autoritate, dixit Bart. in d.l. nuda ratio ff. de donat. num. 8. quia in eorum contrahibis exuberat bona fides, facilius probatio inducitur, ita ut videatur sufficere, quod testium assertione epistola comprobetur, qui characteres scribentis noscant, quando epistola scripta sit manu illius, de cuius obligatione agitur, saltem subscripta: vel quia ipsæ interfuerunt scripturæ, quæ probatio sufficiens est, ex Bart. sententia in d.l. nuda ratio in fine referentis se ad probationem, quæ requiritur in libris mercatorum, ubi ex ista comparatione perfectam probationem induci dixerat ibidem num. 9. Cujus rei est ratio; quia mercatorum epistolæ, & literæ de se probant plene ex consuetudine, & attento jure; eorum libri contra eos plene probant ex sententia Bart. in l. quidam §. nummularios n. 2. ff. de edend. inter librum, & epistolam nulla ratio assignari potest, ut sentit Bart. in d.l. nuda in fine. Ubi in comparatione epistolæ se remittit ad librum, quo dato probatio testium hoc casu solum necessaria est ad factum comprobandum, ut appareat ipsum scripsisse, quod ubi constiterit litera, efficacem producit effectū: quod si consuetudini stamus, quæ his epistolis super mercibus plenam adhibet fidem, adhuc videtur ex chirographo mercatoris posse procedi per assignationem decem dierum, non expectata ejus recognitione, sicut fit in chirographo nobilium, & aliorum, quorū scriptis creditur ut publicis, de quo diximus supra: quia tamen lex Regia non loquitur de epistolis, quorū usus non ad obligandū introductus est, sed ut cum absentibus colloquamur, non potest fieri extensio de chirographo ad epistolam circa modum procedendi, & ideo merito

debet prius illud factum probari, nempe manu debitoris fuisse factam, vel subscriptam, ut sentit Bart. d. loco, & ideo recipitur ex Felin. in cap. 2. de fide instrum. n. 17. Decius 16. Ripa in l. admonendi n. 132. Alex. qui sibi non satis constat in cons. 5 8. n. 1. vol. 7. Zazius lib. 2. respons. respons. 25. & ad hoc videtur reducenda gloss. 1. in d. cap. 2. dum allegat. d.l. Publia: quandiu enim de contrario non constat, satis probabile est epistolam veritatem continere, sicut in literis argentariorū, & similium probare contra ipsos videmus; etiamsi nec diem, nec annum habeant, & nulli adsint testes, præsertim contra acceptantes, ut probat Bald. cons. 120. volum. 2. Hipol. in rubr. C. de probation. n. 285. Ripa 3. lib. resp. 11. Salicet. in l. si filius n. 11. ff. ad Macedon. Paris. cons. 19. n. 105. vol. 2. Corras. in repet. l. admonendi n. 68. ff. de jurejur. Benav. lib. de mercatura tit. quomodo in causis mercator. fol. 472. n. 15. Unzola in practic. notariat. cap. 2. num. 34. tom. 11. tractat. & in epistola est elegans text. in l. fin. ff. de institutor. Ubi quærit, an terminalis posset conveniri ex sua epistola: & respondit, non posse, quia ad fidem mensæ protestandam scripsisset, quasi significet, quod finito officio non tenetur institutor ex epistola, quam nomine mensæ, & officij misit; secus tamen esse, si durante officio conveniretur.

7 Circa tertium de interesse petitio est regula, quod non sufficit potuisse negotiari cum pecunia, nisi probetur, quod negotiavit, l. si sterilis §. cū per venditorem ff. de action. empt. ibi: *Nec enim si potuit ex vino negotiari, &c.* soli mercatori illud concedit l. fin. ff. de pericul. & commod. rei vend. ibi: *Veluti si negotiator fuit:* & cum hic peteretur lucrum cessans, hoc non excedit principale ex his, quæ Gama decis. 218. n. 8. ad exemplum Ordinationis lib. 4. tit. 70. D. meus de emption. cap. 29. Cujat. lib. 9. observat. cap. 31. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 33. Nec interesse interessis deberi, & peti potuit, ex his quæ Francis-

DECISIO LXXXVII.

435

chis decis. 254. num. 14. Baptista in l. curabit ff. de action. empt. num. 120 ex ratione l. si non sortem §. 1. ff. de condit. indeb. Ex quibus placuit reum ex sua epistola testibus comprobata condē-

nandum; & quia docebat se in carceribus detentum, & legitime impeditum, imò & causa Actoris, quia ejus triticum emerat contra prohibiciones loci, ipsum ab interesse absolvimus.

SUMMARIA.



Onatio ad suscipiens Ordines est modalis.

Procēmum declarat causam finalem a-

Etus. ibi.

Mens ex prefatione conjicitur. ibi.

Actus per modum gesti obligant ad præstandum cautionem de modo implendo. ibi.

Modus, & conditio quoad effectū equiparantur. ibi.

Differunt tamen in aliquibus. ibi.

Modus pertinet ad causam finalem. ibi.

Conditio pertinet ad formam. ibi.

2 Modus ad suscipiendos Ordines est finalis.

3 Modus mixtus qualis sit.

Modus mixtus deficiens per casum

non facit deficere relictum. ibi.

Modus deficiens per casum in persona alterius, quam legatarij, non habetur pro impletō. ibi.

4 Favore ultimarum voluntatum cōditiones habentur pro impletis. Secus est in contractibus. ibi.

5 Quod hoc casu dispositio non fuerit modalis.

Modus, vel fit affirmative, vel negative. ibi.

Relictum ad Ordines potius ex causa impulsiva relictum censemur. ibi.

6 Dato causarum concursu impulsivæ, & finalis, illa, quæ ex sanguine elicetur, prævalet, quæ est impulsiva.

Modus, ut cognoscatur, an sit finalis, vel impulsivus, quia considerandum. ibi.

DECISIO LXXXVIII.

An donatio ad suscipiendos Ordines sit modalis, & mortuo donatario ante susceptionem an transmittatur? Ad Ordin. lib. 4. tit. 62.

A suscipiendos Sacros Ordines Emmanuel Mestre dotem cōstituit filio sororis Simeoni Gonçalvez, qui studio literarum humanarum incumbebat, & in donatione illa verba erant, quod pure, & liberè donabat bona, quæ ascende-

bant valorem 120. mille nummorum: Et paulò inferius repetit, quod tales donationem facit, ut cum illa ordinari valeat: Adjiciens insuper clausulam constituti, promittens se non contraventurum. Mortuus est donatarius ante Sacrorum Ordinum susceptionem, &

Oo quia

DECISIO LXXXVIII.

quia defunctus donator alias donationes cum alijs personis post primam exercuit, dubita batur inter ipsos, & hæredes donatarij, quæ ex donationibus præferri debuisset, & an hæc donatio evanuerit morte donatarij ante Ordinū susceptionem? Cujus dubij resolutio pendet à tribus: primo, an talis donatio fuerit modalis? secundo, an modus expressus, vel impulsivus, vel finalis sit? tertio, an modus mixtus deficiens per casum faciat deficere donationem? Et quia judex sententiam protulit contra hæredes donatarij, eo quod modus fuerit finalis, & non susceptis Ordinibus nihil transmitti potuerit.

1 In Senatu primus deliberavit eximia eruditionis Senator sub illis tribus casibus suprapositis: & in primo illi videbatur, quod donatio fuerit modalis ad suscipiendos Ordines, quod colligitur ex ipsa dote, & procœmio ipfius, quod causam finalem actus declarat, l. pen. ff. de juris, & facti, ibi: *Initium constitutionis*: declarat Tiraq. cess. caus. 1. part. limit. 1. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. n. 6. Bart. in l. cum ij §. eam transactionē ff. de transaction. idem Bart. in l. ff. ad Macedon. quia mens disponentis ex præfatione conjicitur, ut per Rebuff. 1. tom. ad leges Gall. tit. de sentēt. provisional. artic. 1. gloss. 1. fol. 247. Constat namq; modum inesse, ut Ordines suscipiat, & accipi pro conditione, l. 1. C de his quæ sub modo, & contractus per modum gesti, licet puri, existant, l. libertas 17. §. hæc scriptura ff. manumisit. testamento, ita ut ex illis statim agi possit. Id tamen fit præstata cautione de modo implendo, l. libertam 22. §. Lucius ff. de annuis legat. l. si tibi legatū 18. ff. de condit. & demonstrat. unde modus, & conditione quoad effectum æquiparātur l. 1. & 2. ff. de his quæ sub modo, Cujat. observ. lib. 4. cap. 24. Tamen differunt, quia modus contractū purū relinquit, quem conditione suspendit, Cagnol. in l. impossibilium num. 6. ff. de reg. jur. Deinde modus ad causam finalem pertinet, Decius cōs. 350. n. 4. §. modo 2. instit. de obligat. con-

ditio vero pertinet ad formam; Auth. matri C. quando mulier, Tiraq. de retract. praxi §. 1. gloss. 2. n. 11. 12. & 13. Uvezemb. in lib. 4. Cod. ad tit. de rebus cred. n. 85. in fin.

2 In secunda quæstione dicebant, sapientissimi Senatores modum fuisse finalem, quia favore Religionis, & pietatis talis præsumebar ex Galganeto lib. 4. cap. 4. q. 9. num. 11. Mantica de conject. lib. 6. tit. 14. n. 15. quia donatio, ut clericus fiat, non ad temporale cōmodum refertur, sed ad melius, quod in Religione consistit, ac proinde non credendum intuitu personæ relictum, Ægidius in l. Titiæ 2. part. n. 50. qui modus in procœmio fuit expressus, & ut talis finalis est, Tiraq. d. limit. 1. n. 64. Galganet. 2. part. cap. 4. q. 1. n. 8.

3 In tertia quæstione videbatur, quod in hoc casu modus erat mixtus, quia non solum ad factum legatarij, sed ad factum Episcopi, qui Ordines conferre debebat, referebatur: quo casu modus mixtus deficiens per casum, idest mortem legatarij, non facit deficere relictum, Molin. lib. 2. de primog. cap. 13. num. 24. Galganet. lib. 2. cap. 3. q. 15. à n. 1. Menoch. lib. 4. præsumpt. 184. Covarr. de testam. in cap. 3. n. 11. receptionem dicit Costa lib. 2. select. cap. 24. Quod tamen obtinent, quando modus mixtus deficit per casum contingentem in persona alterius, quam legatarij, quia tunc non habetur pro impleto, Covarr. d. n. 11. vers. nam etsi, Costa ubi supra n. fin. & in specie Ægidius ubi supra n. 52. Ubi agit de eo, quem promovere noluit Episcopus.

4 Quod confirmatur, quia tritii juris est, quod in his casibus, in quibus conditiones pro impletis habentur, illud procedit favore ultimarum voluntatum, l. 1. & 2. C. de instit. & subst. Ubi conditio deficiens per eum, cum quo erat implenda, pro impleta habetur, non secundum juris regulas, sed extraordinario auxilio ultimarum voluntatum, l. in testamentis ff. de reg. jur. Unde non trahi debet ille favor ad

DECISIO

LXXXVII:

437

ad contractus , imò si conditio contrahendi matrimonium cum Titio deficiat per eundem Titum , cum quo erat implenda , non competit actio ex contractu , quasi impleta sit conditio , Riminald. post Corneum , & Ias. in d. l. 1. num. 6. Costa in l. cum tale §. si arbitratu limit. 6. n. 18. Molin. lib. 2. cap. 13. num. 19. Cabed. 2. part. decis. 31. n. 16. Ergo similiter etiamsi admittamus , quod modus mixtus deficiens per casum contingentem in persona legatarij non faciat deficere relictum , faciet tamen deficere promissum , & donatum , cum sit debitum ex contractu .

5 Verum his non obstantibus , contrarium sensi , & in hoc casu nullum potuisse modum considerari , sed donationem puram irrevocabilem , & inter vivos , ut patet ex verbis donationis in principio relatis , quæ perpetuitatem , & irrevocabilitatem ipsius , cōmendant cum promissione de non revocando , & clausula constituti , & succedit regula , l. perfecta donatio C. de donation. quæ sub modo , l. ubi ita donatur ff. de donation. caus. mort. modus namque concipiatur per particulam , ut fiat , ut aliquid vel detur , l. 1. ff. condit. caus. dat. 1. 5. §. 1. eod. l. sunt autem 29. ff. de legat. 1. aut per particulam , ne , negative , putà si detur , ne fiat aliquid , l. si quis 39. ff. de jurjur. ne furtum , vel sacrilegium fiat , l. 2. ff. de condit. ob turpem causam : itē per verbum quia , vel eo quod , ut do , quia , vel eo quod fecisti , vel facias , l. Titio 71. §. 1. & ff. de cōd. & idemōstr. l. cum ab eo 41. ff. de contrah. empt. Ex quibus cum in præsenti verba donationis sonent in puram , & liberalem donationem , & irrevocabilem , modus nullo modo dari potest , qui effectus habet conditionis , ut supra tetigimus , & causæ finalis naturam induit , cum

in præsenti potius censendum sit relictum ex causa impulsiva , prout in duobus potius præsumendum est , ex Tiraquel. cessante causa limit. 1. num. 48. Mantica de conject. lib. 6. tit. 14. num. 15. Galganet. d. quæst. 9. num. 3. Peregr. de fideicommiss. artic. 11. num. 125. Menoch. conf. 78. n. 17. & conf. 268. n. 7. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 184. Surdus conf. 268. Mantic. de tacitis lib. 3. tit. 42. à n. 9.

6 Unde cum hæc donatio sit facta consanguineo pauperi , potius præsumendum est ex affectione processisse , & dato causarum concursu impulsivæ , & finalis , illa , quæ ex sanguine elicetur , quæ impulsiva est , prævalet. Surdus conf. 361 ubi late. Nec aliud dicit Ægidius d. n. 50. quia si bene videatur , procedit in modo expresso finali , qui modus , ut eum dicamus finalem , vel impulsivum , semper attendimus ad illum , in cuius commodum dirigitur , quia si importat commodum dantis , vel alterius , finalem eum dicimus , secus si recipientis , quia tunc dicitur impulsivus , communis in l. Titio ff. de condit. & demonstrat. l. 2. §. fin. ff. de donation. Unde cum hæc donatio non alterius quam ipsius donatarij commodum importet , ex impulsiva causa potius quam finali processisse dicendum est. Nec in nostro casu aliquem modum considerari posse arbitrabar , cum de pura donatione constitisset , & sic cessat labor ex modo mixto non impleto per casum , an faciat deficere relictum , de quo l. in testamento 31. ff. cond. & demonstr. l. 4. C. de condition. insert. DD. in l. turpia §. sed etsi , ff. de legat. l. Sarmiento selectar. lib. 2. cap. 2. n. 9. Costa selectarum lib. 2. cap. 4. n. 8. & alijs. Et ex his fundamentis ab ultimis Collegis sententia revocatoria scripta est.

Oo 2 SUM

DECISIO LXXXIX:

SUMMARIA.



*Artus naturalis nō
est sub octavo men-
se.*

*In hoc casu menses
sunt solares. ibi.*

*In septimo, & nono mense possunt
deficere aliqui dies. ibi.*

2. *Partus mense octavo non est na-
turalis.*

*Sub initium mensis undecimi par-
tus est naturalis. ibi.*

3 *Ut filia dicatur naturalis, non spu-
ria, attenditur nativitatis tempus.*

4 *Interpretatur l. si ex libera C. de
suis.*

Explicatur Ordin. lib. 4. tit. 92.

§. I.

DECISIO LXXXIX.

*An partus editus post octavū mensem cum dimidio sit naturalis, & an spurius
judicādus sit tempore conceptionis, vel nativitatis? Ad Ordin. lib. 3. tit. 92.*



Onstante matrimonio Antonius Gomes ad famulam accessit, quæ eo soluto morte uxoris perperit sub pondere mensis octavi cum dimidio computato mortis tempore, ex quo colligebatur filiam conceptam fuisse viuente uxore: mortuo parente reliqui hæredes defuncti eam tanquam spuriam repellebant, (de peditis namque agebatur hæreditate) & tempus conceptionis dicebant attendendum fore, l. si ex libera C. de suis, & legitim. hæred. nam si partus editus fuisset sub octavo mense, nullo modo vivere posset.

1 Partus namque naturalis septimo mense, nono, & undecimo perficitur; in octavo autem non patitur natura ipsum vita frui, ex Hippocrate de Ostrometri partu, & lib. de Septimestri, Avicen. lib. 3. tract. 2. cap. 2. F. Aristol. 4. historiæ animal. 4. Valesius lib. 2. controv. 10. Galen. lib. 3. fac. nat. cap. 3. & hoc casu menses sunt solares, & 30. diebus constant, Hypon. de alim. & lib. de Carnibus, Peramatus lib. de hom. in gener. cap. 13. Sufficit tamen, ut partus septimum, & nonum mensem attin-

gat, excepto octavo, Lemos. 3. fac. nat. cap. 3. Mercurialis de homin. generat. cap. 32. Unde in his, qui eduntur septimo, & nono, possunt deficere aliquot dies, & partus esse naturalis, Mercatus lib. 4. de membris cap. 1. ad fin.

Fateor, quod non satis percipio, quæ hujus rei sit ratio; quia si ea est, quæ assignari solet, quod ex eo in 8. mēse partus non dicitur naturalis, nec successibilis, quia potius per aborsum editus, quia natura defessa ex labore, quem septimo mense subivit, in perfectione partus quasi per aborsum illum sequenti mēse edidit, id quidem fallibile esse potest; quia si mulier gravida tam robusta sit, ut non fatigetur labore perfectionis partus, quid obstabit, ut perfectum, & validum sub octavo mense edat? & sic dixit Lemosius lib. 3. fac. natur. cap. 3.

2 Hæc secundum Medicæ Artis professores: quia si ad Iurisperitos recurrimus, partum editum mense octavo constat non esse naturalem, sed abortivum, de quo est l. 13. Tauri, & l. 2. titul. 8. lib. 5. novæ Recopil. quibus talium filijs parentum denegatur successio, quia habentur, acsi mortui nati sint, quia immaturi, & intempestivi,

ut di-

ut dixit Aulus Gel. lib. 3. Noct. Atticar. cap. 16. late Tiraq. in l. si unquam, verbo suscepit à n. 206. & seqq. C. de revocand. donation. quia non sufficit nasci vivum, sed oportet, quod eo tempore nascatur, quo naturaliter vivere possit, Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 89. n. 38. Afflct. decis. 236. Azeved. in d.l. 2. lib. 5. tit. 8. n. 9. Gutierr. lib. 2. pract. quæst. 100. n. 6. & succedit reg. l. uxoris abortu C. de post hæred. instit. Ubi scribitur uxoris abortu non solvi testamentum mariti, Orosius in l. septimo mense ff. de statu homin. Cujat. tom. 1. de divers. temporis præscript. cap. 19. Unde fit septimo mense partū esse matutum, quod in omnibus numeris septenariis plurimum possit, sexto, vel octavo perfectus non nascitur, undecimo mense à morte mariti genitus non est legitimus, Auth. de restit. & ea quæ in undecimo mense parit: quod pugnat cū rescripto Adriani, de quo Gellius ubi supra; quod tamen potest defendi, si edatur sub initium mensis undecimi, nō sub finem, prout in l. intestato §. fin. ff. de suis, partum esse naturalem duobus diebus tactis de septimo.

3 Unde in nostra quæstione cesabat labor editionis, quia hic partus fuerat editus octavo mēte cū dimidio, quo tempore est naturalis, ut supra dixi, & nasci potuit, & concipi post mortem uxoris, & esse naturalis, non abortivus. Deinde etiamsi diceremus filiam fuisse conceptam matrimonio constante, adhuc tamen, ut succederet patri, & naturalis nasceretur, & non spuria, sufficiebat, si attenderetur nativitatis tempus, ex reg. l. nuper §. & generaliter Cod. de natural. liber. text. in Auth. quib. mod. natural. effic. sui §. insuper vers. cū enim col. 7. Rojas in Epitome cap. 10. n. 42. Barbos. in rubr. 2. part. n. 110. Covarr. de sponsalib. cap. 8. §. 2. n. 16. gloss. in cap. 2. qui filij sint legit. citat plures Dueñ. reg. 35. ampliat. 19. facit text. in l. & servorum §. §. fin. ff. de statu homin. §. sufficit Institut. de ingenuis. Unde fit, quod proles spuria, & ex damnato coitu non

fit legitima, etiamsi matrimonium inter parentes sequatur, Sanches de matrimon. lib. 8. disp. 7. à num. 19. si tamen tempore nativitatis parentes potuerunt contrahere, fit legitima, ut per Dueñas ubi supra limit. 7.

4 Nec obstat l. si ex libera, quia loquitur in muliere libera, quæ filium ex servo suscepit, qui postea creatus fuit Decurio, & ultra intellectum Decij in cap. in præsentia de probation. num. 30. & in l. generaliter §. cum autem C. de institut. & alium, quem assignat Gamma decis. 167. num. §. alium Pichardo in princip. num. ult. Institut. de servil. cognat. Bart. in l. ex facto §. si quis rogatus 1. ff. ad Trebell. quem communiter recipi testatur Mantica de conject. lib. 11. tit. 9. num. 2. Et ultra illud, quod potest dici, quod procedit respectu dignitatum, ad quas non admittitur spurius, vel naturalis, Ottalora de nobilit. 2. part. 3. principal. num. 7. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 46. Matiéc. tit. 1. gloss. 1. à num. 126. lib. 3. Recopil. Covarr. 2. variar. cap. 8. num. 1. quidquid Gomez in l. 79. Tauri à num. 6. Verius videtur textum intelligendum de filio concepto, & nato, quando pater adhuc erat servus, & sic utroque extremo inhabili unde explicabis Ordin. lib. 4. tit. 92. §. 1. Ubi si pater sit Eques post nativitatem filij, illi non prodest, ut cum alijs admittatur, & spreto tempore conceptionis solum nativitatem considerat, cum tamen utilius foret filio, si conceptionis tempus inspiceretur, quia cum illa Ordinatio exorbitet, dum plebei naturales cum legitimis admittit, ut per Covarr. de sponsal. part. 2. §. 4. cap. 8. Gomez l. 9. Taur. num. 1. Barbosa 4. part. 1. 1. num. 63. ff. solut. matrimon. Ideo ut minus noceat, non attendit conceptionem, sed solam nativitatem: Sicque placuit filiam peditis præsumi natam tempore naturali, & esse admittendam ad hæreditatem patris attento solo nativitatis tempore: Scriba Petro Correa.

SUMMARIA.



Rrhæ promitti non
possunt ultra tertiam
bonorum.

Lex, quæ loquitur
respectu filiorum,
pariter procedit respectu matris.

ibi.

Interpretatur Ordin. lib. 4. tit. 65.

§. 1.

Interpretatur Ordin. lib. 4. tit.
105.

DECISIO C.

An promissio arrharum ultra tertiam partem dotis fieri possit extante matre?
Ad Ordin. lib. 4. tit. 47. §. 1.



Romisit Petrus Rabello
uxori certam quantita-
tem nomine arrharum,
cum matrem adhuc ha-
beret, postea deceffit, &
idem uxori tertiam bo-
norum reliquit. Mater ipsius dicebat
promissionem arrharum ultra tertiam
defuncti extendi non posse, ex Ordin.
lib. 4. tit. 47. §. 1. quæ licet inhibeat
dictam promissionem tantum respectu
filiorum; tamen idem dicendum est res-
pectu matris. Iudex sententiam protulit
contra uxorem, & quod in tertiam im-
putaret atrhas sibi promissas. Causa ad
Senatum delata, placuit confirmandam
ex his, quæ late Gutierr. lib. 5. pract. c. 34

num. 22. Angel. in l. 12. gloss. 1. num.
17. Sanches de matrim. 1. tom. lib. 6.
disp. 36. num. 15. Azeved. l. 12. titul. 6.
lib. 5. num. 4. & comprobatur ex Ordin.
lib. 4. tit. 65. §. 1. & 3. Ubi inter dona-
tiones, quæ parentibus non præjudicant,
comprehendit arrharum promissionem,
juncta Ordin. lib. 4. tit. 105. Ubi agens
de ea, quæ bona communicat, memi-
nit ascendétiū, querum successionem
exæquat successioni descendétiū, ea-
dem Ordin. lib. 4. tit. 82. §. 4. Unde
cum lex Castellæ in hoc eodem casu sic
interpretetur à suis glossatoribus, illud
idem in hoc Regno circa interpreta-
tionem nostræ legis admittendum est: Fuit
Scriba Matos.

SUMMARIA.



*Ensio immoda re-
duci debet ex boni
viri arbitrio ad ju-
stam pensionem.*

*Quando sterilitas ce-
dat damno emphyteutæ.*

*2. Emphyteutæ regulariter non remit-
titur pensio.*

Ex laſione in confessione emphy-

*teusis debet agi intra tempus sta-
tutum. ibi.*

*3 Opinio Pineli, quod in emphyteu-
sis pensione datur gravamen suc-
cessivum, ut omni tempore agi pos-
sit, refutatur.*

*Interpretatur text. in l. cum notissi-
mi §. in ijs C. de præscript. 30. ibi.*

DECISIO CI.

An pensio emphyteusis remitti debeat, quando sit immodica? Ad Ordin. lib. 4. tit. 13. §. 6.

1 Oncepsa fuit in emphyteu-
sim Antonio loaō quædam
villa sub certa pensione,
quam per 40. annorum spa-
tium solverat : agebat contra dominum
directum, ut illam remitteret, quia erat
immodica, nec fructus à terra produce-
bantur, qui pensioni solæ responderent,
quia ipse terras ad folia, ut aiunt, semi-
nabat uberioris culturæ gratia. Senten-
cia contra eum prolatæ fuit in Senatu :
primis Senatoribus videbatur revocan-
dam, & quod fieret reductio ex boni vi-
ri arbitrio ex his, quæ Thesaur. dec. 20.
num. 6. in fin. quia l. 2. C. de rescind. ha-
bet locum in emphyteusi, idē Thesaur.
120. num. 2. Pinel. l. 2. I. part. cap. 2. n.
fin. Ordin. lib. 4. tit. 13. §. 6. & admit-
tenda videtur distinctio Valasc. de jur.
emphyt. quæst. 27. à num. 4. vers. cæte-
rum, & num. 11. Barbos. in l. divertio §.
fin. I. part. num. 70. inter modicam pen-
sionem, & eam, quæ fructibus respon-
det, ut primo casu cedat sterilitas, & ca-
sus periculo emphyteutæ ; in secundo
vero fiat remissio, Menoch. conf. 855. n.
16. decif. Pedam. 20. num. 6. ex ratione
l. cum quidam ff. de usur. quod habere
debet locum, etiam si reductio petatur
extra terminum 15. annorum in Ordi-
natione Regia læsionibus intra dimidiā
præscriptum, in Ordin. lib. 4. tit. 13. §. 6.
ex his quæ Pinel. in d. l. 2. cap. 1. n. 27.
considerata ratione l. cum notissimi §.
in ijs C. de præscript. 30.

2 Sed placuit contrarium, quia
supradicta procedunt, quando damnum,
vel sterilitas rei supervenit post con-
tractum ; non vero quando res est in
eodem statu ; quia si aliquid accidit, &
pensio est immodica, judicatur emphy-
teusis ac simplex locatio ex his, quæ

Alciat. l. 2. ff. de verbis. signific. col. 2. &c
in l. 2. num. 22. ff. si cert. petat. Cagnol.
in l. 2. C. de rescind. num. 203. Valasc.
d. num. 11. quia aliàs emphyteutæ regu-
lariter non remittitur pensio ex Baldo
in l. 1. C. de jur. emphyt. & in cap. potuit
de locato. Unde si læsionem intenderet
intercessisse in concessione emphyteu-
sis, debuit agere intra tempus statutum,
aliàs via agendi præclusa est.

3 Nec est vera doctrina Pineli su-
pradicto loco afferentis esse speciale
in emphyteusi, quod propter gravamen
successivum possit contractus annulla-
ri omni tempore, ex ratione d. §. in
ijs : quia ille textus usu, & praxi non re-
cipitur, ut docet Valasc. quæst. 49. n. 6.
Mysinger. centur. 3. observat. 13. Dein-
de dict. §. in ijs, procedit in eo, qui do-
minum recognoscet supra se, & me-
rito in præstationibus præscribendis 30
annorum cursus desiderabatur, quia
personalis actio minori spatio non fi-
nitur, l. sicut C. de præscription. 30. At
vero si ille, qui præstationibus teneba-
tur, nomine, & opinione domini inci-
peret possidere, utique decennium suf-
ficeret, ex reg. l. 1. C. si adversus credi-
tor. Ubires ipsa illo tempore præscri-
bitur, & actio, quæ ad 30. annos exten-
debatur, enervatur, & manet sine effe-
ctu, & extincta: sic ususfructuarius non
præscribit proprietatem. Uvezembech
in lib. 3. C. fol. 1083. Ex quibus judica-
vimus sententiam confirmandam, quia
agebatur ex ea parte læsionis enormis,
quæ intentari debuit intra tempus à le-
ge concessum ; quia illa successiva læsio
habet originem à primo actu, à quo tē-
pus agendi incipit, & non impedito
currit.

DECISIO CIL

SUMMARIA.



I Ervitia exhibita inter consanguineos non repetuntur.
Ratio sanguinis, & affectionis maxime consideranda.

2 Servitia exhibita aucupandæ hereditatis causa amittuntur, & non repetuntur.

Dona sic missa dicuntur missa in hamos. ibi.

DECISIO CII.

An inter fratres sibi ad invicem officia præstantes nascatur actio pro servitijs, exhibitis? Ad Ordin. lib. 4. tit. 29.



I Ommorabatur in domo sororis suæ Thomas Fernandez Civitatis Elvensis, & ejus negotia, & causas agebat, & vice mutua soror alebat familiam, & filium clericum ægrotum curavit: quia tamen dictus Thomas hæc omnia gerebat volutans animo se futurum sororis hæredem, cum eum falleret opinio, actionem movit petens servitorum solutionem: Iudex eam condemnabat, nos absolvimus, quia licet Actor probet servitia, tamen vice mutua probabatur à se recepisse ultra ordinarios vietus, & mensæ expensas, illa munera. Unde potius consanguineorum inter se certantium officia, & benemerita, quam mercenaria, & venalia servitia reputanda videbantur, quod tam ex personarum conditio ne, quam ex rerum datarum, & operum qualitate conjectimus, ut cessaret repetitio. Nec considerari possit in gerente animus repetendi, sine quo nulla obligatio consistit, l. in hoc judicium, l. si quis ff. commun. divid. DD. in l. latæ culpæ §. amicos, de verbis. signific. l. 1. vers. nisi gratuitum ff. mandat. l. quæ dotis vert. nisi ratio sanguinis ff. solut. matrim. cum alijs ponderatis à Garcia de expens. cap. 4. n. 25. Alciat. post Bart. in

l. cum quid mutuum n. 59. ff. si cert. petit. ibi: *Quoties conjunctio aliqua id suadeat: d.l. 1. §. 1. d.l. quæ dotis, l. qui amicitia ff. de negot. gest. videndus Menoch. lib. 2. cas. 88. num. 51.* Ubi refert historiam Antigoni, & casum arbitrio judicis remittit: faciunt quæ Gama decis. 216. & 362. Cabed. decis. 162. Valasc. conf. 32. 1. part. Ordin. lib. 4. tit. 69. §. 6.

2 Et considerabam hæc servitia exhibita aucupadæ hereditatis causa, non secuto effectu amitti, & non repeti posse, quia fraternæ gratiæ non repetuntur, l. sed si ego ff. ad Vellean. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio, l. si repetédi, l. 3. § si quis ff. conduct. caus. dat. quia qui taliter donat, vel facit, potius parat insidias, quam donat, cum mittat dona in hamos, ut ele- ganter Martialis lib. 6. epigr. 44. Munera magna quidem misit, sed misit in hamos. Qui potes insidias dona vocare tua. Ele- ganter Ulpian. in l. si pupilli §. sed etsi si quis, ibi: *Suum eum potius, quam meum negotium gessisse:* & ibi: *Suo lucro, non meo commodo studet, & eo casu solum da- tur negotiorum gestorum actio in his, in quibus domini conditio facta est melior:* Menoch. l. 3. præsumpt. 28. Pinel. de bon. matern. 3. part. n. 6. Tiraq. verbo dona- tione n. 45. Barbos in d. l. quæ dotis à n. 20. & 25. Scriba Gouvea.

SUM-

DECISIO III.

443

SUMMARIA.

I



*On potest pater age-
re in vita, ut filius
declaretur dignus,
ut exhæredetur.*

*In maioratu in vita
possessoris agi non potest de jure
succedendi. ibi.*

2 Reconciliatio quælibet usque ad

*mortem sufficit, ut remittatur in-
juria.*

*Pater tamen potest petere testes
examinari ad perpetuam rei me-
moriā. ibi.*

*Actio fundari non potest in jure
de futuro. ibi.*

DECISIO III.

*An pater ex injuria sibi à filio illata statim in vita agere possit, ut pronuntietur
indignus paterna hæreditate? Ad Ordin.lib.4. tit.88. §.4. & 5.*

I



Aria de Oliveira con-
tra filiam suam Demianam Paez ex in-
juria gravi sibi illata
publice agebat, ut
pronuntiaretur filia

indigna ejus hæreditate, & quod eam
posset exhæredare, ex Ordin. lib.4. tit.
88. §.4. & 5. de quo Covarr. in cap. Ray-
nutius in princip. num. 9. Menchaca
de succession. creat. part.3. cap.20. num.
148. Bonacossa 1. part. fol. 7. verbo filius,
qualitatem injuriæ remittit judicis ar-
bitrio, Menoch. casu 267. Iudex ex atto-
citate verborum filiam successionis,
maternæ incapacem pronūtiavit. Aliud
in Senatu placuit, & non posse matrem
instituto judicio agere, ut filia pro-
nuntietur exhæres, vel ut posset à pa-
rente exhæredari, quia in Auth. ut cum
de appell. §.causas, & §. sive igitur col.8.
solum disponitur, quod pater possit in
testamento filium talia gerentem ex-
hæredare, & quod hæres teneatur
causam esse veram probare, Ordin. lib.
4. tit. 82. §.2. l. liberis C.in offic.testam.
Mantica lib.4. ultim.volunt.tit.13. num.
52. Mascard. conclus.714. num. 9. Go-
mes 1. tom. cap.11. num.10. Unde præ-
postore in vita agit, sicut alias in maio-

ratu non admittuntur successiones su-
per jure succedendi in vita possessoris,
Gomes l.40. Tauri num.79. Molin.lib.
3.cap.14. num.17. Gama decis.202. n.3.
Gutierr. conf. 13. num. 1. Valasc. conf.
184. Pinel.in l. 1. C. de bon. matern. 3.
part. n.78.

2 Insuper exhæredationes non
sunt ampliandæ, nec coadjuvandæ, l.
cum quidam ff. de liber. & posthum. &
hoc modo obviam iremus reconcilia-
tioni, ad quam lata jam sententia dif-
ficilius parentes moverentur, cum tamen
reconciliatio quælibet usque ad mor-
tis tempus sufficiat, ut remissa censea-
tur injuria, Covarr.in d. cap. Raynutius
ex d. num. 9. vel filij pænitentia, ut per
eundem, & ideo leges hunc actum ad
mortis tempus remiserunt, ut in ea fa-
cilius parentes in pristinam amicitiam
cum filijs redirent, & cessarent exhære-
dationes. Vnde deficit actio, & solum
pater injuriatus potest testes facere in-
terrogari ad perpetuam rei memoriam
in forma Ordin. lib. 3. tit.85. §. 7. cap.
quoniam, ut lite non contestata, ut in
hoc casu dixit Alex. lib. 2. conf. 203. n.
7. Paris. lib.1. conf.1. num.137. Vivius
lib. commun. verbo filius exhæredatus
in fine fol.51. Gregor.in l.4. gloss.4. tit.7.
part.

DECISIO CIV:

444

part. 6. Costa in §. & quid si tantum 3.
part. num. 174. facit, quia viventis non
est hæreditas, l. qui superstitis ff. acquir.
hæred. Purpurat. conf. 477. num. 2. lib. 2.
Nec in vita datur legitima l. 1. §. si im-
puberi ff. collat. bonor. Ayora de parti-

tion. 2. part. q. 34. n. 22. Gutier. præst. lib.
3. cap. 41. n. 23. Ultimo, quia non po-
test judicium fundari in jure de futuro,
l. non quemadmodum ff. de judic. con-
stat hoc jus solum tempore mortis com-
petere.

SUMMARIA:



*Elegatio quomodo
fiat.*

*Ex delegatione fa-
cta dolose solum
superest actio de*

dolo. ibi.

*Interpretatur l. si cum dotem §. si
mulier ff. solut. matrim. ibi.*

Delegatio excedit solutionem. ibi.

*In delegatione prima actio extin-
guitur. ibi.*

2 Cessio nominis idem operatur, quod

delegatio.

3 Contrarium verius.

*Simplex cessio nominis debitorem
non liberat.*

*4 In delegatione jura antiqua non
sunt correcta.*

*5 Delegatio preparatur, inchoatur
& perficitur.*

*In voluntariam, & necessariam di-
viditur. ibi.*

*6 Cessio actionis ad exigendum non
liberat, nisi secuta solutione.*

DECISIO CIV.

*An cesso nomine cedens liberetur, licet non sequatur solutio, vel si debitor non
est solvendo, & bonis cessit? Ad Ordin. lib. 4. tit. 74.*



Um P. teneretur cuidam Michaeli Iorge in 200.
aureos, novata hac obliga-
tione alium debitorem
delegavit, qui obliga-
tione suscepta post longum
tempus non solvit; & captus pro debito ad
cessionis salubre remedii confugit, juxta
Ordin. lib. 4. tit. 74. Recurrit creditor ad
debitorem, quem cum invenisset mor-
tuum, ejus patrem, & hæredem Antoniu-
m Pires conveniebat. Index senten-
tiā protulit, qua eum condemnabat,
quam in Senatu confirmavimus.

I Licet non parum urgeret, quod
si hoc casu novationem ex delega-
tione consideramus, ponderatis his, quæ
requirit gloss. magna in l. quamvis §. si

mulier 2. ff. ad Vellean. gloss. in l. si Ti-
tius ff. de novation. Bald. in l. 2. num. 4.
C. de execution. rei judic. non est dubium
duas illico extingui obligationes, una
qua teneor meo creditor, altera, qua
mihi teneris, ex Alex. conf. 69. num. 2.
volum. 3. Surdus conf. 145. num. 10.
Adeo ut licet ego dolose alium dele-
gem meo nomine soluturum, ille dolus
non faciat delegationem nullam, sed
solum pariat actionem de dolo contra
cedentem, l. sub prætextu C. de transfa-
ction. l. dolo C. inutil. stipul. & liberatur
debitor, licet ex dolo possit conveniri,
explicat eleganter Bart. in l. si cum do-
tem §. si mulier ff. solut. matrimon. ubi
Imol. Castr. Alex. & Angel. Et licet in
eo textu antiqua actio non extingua-
tur,

tur, procedit favore dotis, ut Bart. ibi explicat, quare in alijs casibus aliud dicendum est, prosequitur Surdus d. conf. 145. num. 32. Ias. in l. singularia num. 49 ff. si cert. petat. Straça de mercatura tit. de decoctor. part. 5. num. 4. Cæpola cautel. 123. Quibus addo, quod in hoc vincit, & excedit delegatio solutionem, quia quando quis solutionem accep-tat, semper intelligitur eo sensu, ut res non auferatur, & vere maneat apud eum, cui solvit, quia si evincatur, pri-stina instauratur actio, quasi solutio ef-fectum non habuerit, reg. non præstat 1.6. l. deferre in fine ff. de jure fisci, l. qui concubinam §. si hæres ff. de legat. 3. l. si quis aliam, l. qui res ff. solut. mar-trim. l. si rem eod. cum alijs citatis à Surdo ubi supra à num. 12. At vero in delegatione creditor contentus illo so-lutionis modo periculum subit, si for-san ille effectus non sit solvendo, in quem debitum transfertur, & contentus illa solutione, nihil est, quid amplius petat; quod secus est in solutione, in qua non censentur partes velle libera-tionem elargiri, nisi sequatur effectus, quia non dicitur factum, quod non du-rat, l. idem §. si actor ff. quod cujusque universit. nomin. l. si pro parte §. versum ff. de in rem verso.

2 Si vero consideramus hoc casu fuisse factam cessionem nominis, & eam in solutum acceptasse creditorem, om-nimoda etiam sequitur liberatio, & pe-riculum spectat ad creditorem, l. pupil-li §. soror ff. de solution. Decius cons. 99. n. 4. Bechius conf. 150. n. 35.

3 Sed contrarium placuit, quia non constabat realiter de novatione, & li-cet constitisset de cessione nominis, non tamen constabat creditorem illam accepisse in solutum: Unde simplex cesso nominis debitorem non liberat, nisi sequatur effectus, Surdus d. conf. 145. num. 29. Nec puto simpliciter ve-rum, quod delegatio dolo facta tollat primam obligationem, cum æquitas suadeat antiquam actionem instauran-dam, prout in eo, qui delegavit eum,

quem sciebat esse in fuga, Surdus conf. 23. num. 11. Scriba Antonio de Carva-lho. In processu Georgij Rodrigues da Costa cum Francisco de Mello Vena-tore maximo similis quæstio agitaba-tur. Acceperat namque dictus Geor-gius nomen, ut illud exigeret à debito-re sui debitoris, à quo partem debiti cō-fecutus est; residuum petebat à ceden-te, qui recusabat solvere iprætextu no-vationis factæ: sicque placuit aliquibus Senatoribus delegationem intercessi-se, quæ priorem actionem perimit, ex Iason. in l. singularia num. 37. ff. si cert. petat. Surdus decis. 23. num. 6. faciunt quæ Barbosa in l. si cum dotem num. 9. ff. solut. matrimon. in delegatione nam-que non requiritur expressa de novan-do consensu, & pactio, Surdus ubi su-pra num. 5. Mantica de tacit. & ambig. lib. 17. tit. 7. n. ult.

4 Ego aliter sentiebam, quia etiam si verum sit ex sola delegatione novari antiquam obligationem non obstante l. fin. C. de novation: quia in delegatione iūra antiqua correcta non inveniuntur, ut resolvit Alex. in l. qui usumfructum 88. ff. de verbis. obligat. num. 6. Ias. in d. l. singularia num. 37. & ibi Decius n. 26. Afflict. decis. 353. num. 4. Rebuff. 1. tom. ad leges Gall. tit. de liter. obligator. art. 1. gloss. 9. n. 21.

5 Tamen adhuc oportet videa-mus, an illa cesso ad exigendum debi-tum sit delegatio, vel fiat, si à debitorē mei debitoris partem debiti recipiam. Et certissimi juris est, quod delegatio præparatur, inchoatur, & perficitur di-versim ope: quia præparatur per contra-ctum, veluti per nominis venditionem, in quo non requiritur scientia debito-ris: inchoatur, cum contractus ille per-a-ficitur, cum actio mandatur, seu cedi-tur: perficitur, cum mandatarius à de-bitore, contra quem actio mandata est, stipulatur, vel judicio petit, l. 1. & 3. C. de novat. l. delegare ff. de novation. quia delegatio in voluntariam dividitur & necessariam: ultima est illa, quæ litis contestatione fit, prosequitur Cujat. 2. tom.

DECISIO CIV.

tom. sub tit. C. de novat. fol. 203. Passius in illo titul. num. 19. Novatio namque alter quam stipulatione , aut judicio fieri nequit, d.l. delegare 11. §. 1. l. aliam 29. illo tit.

6 Unde cum illo casu non appareret, nisi de quadam cessione actionis , ad exigendum non videbatur inducta novatio, quia aliud est delegare debitorem , & aliud delegare actionem , ut tu exiges meo nomine : nam hoc ultimo casu non tollitur prima actio , & ideo oportet, ut lis contestetur, aut pars

debiti exacta sit , ut fiat novatio, vel ut debitori nuntietur , ne solvat creditori, d. l. 3. C. de novation. l. 3. C. mand. Unde his peractis non poterit cedens residuum exigere, quia res non est integra: non tamen ipse liberabitur , si debitor non solverit cum effectu, quia cessa actio non extinguit actionem principalem, nisi sequatur solutio cum effectu, pungit Cujat. lib. 8. C. sub tit. C. de delegation. novat. lit. D.

Atque ita sententia scripta fuit: Scriba Bartholomæo Mauro.

SUMM ARIA.

1



Ilio effecto monacho cessat patria potestas.
Sic pariter cessat ususfructus. ibi.

2

Patria potestas proprie non cessat.

In hoc Regno cessat patria potestas matrimonio , vel emancipatione. ibi.

In filio monacho durant effectus utiles patriæ potestatis. ibi.

Patria potestas requiritur in principio acquisitionis, non vero continuativè. ibi.

3 Patre effecto monacho legitima filii reservatur.

4 Filio effecto monacho statim cessavit ususfructus respectu tertiae, licet morte filij non cesseret ususfructus.

Interpretatur l. fin. §. sin vero C. ad Tertyll. ibi.

DECISIO CV.

An filius ingressus monasterium præjudicet patri in suo ususfructu? Ad Ordin. lib. 4. tit. 98. §. fin.



Onachi Sæctissimæ Trinitatis agebant contra Franciscum Ferreira, ex Villa de Palmela, prætextu , quod quidam ejus filius illam ingressus Religionem, ibi vota professionis emiserat, & quia hæc facta fuerant defuncta ejus matre, cuius legitimam acceperat, petebant monachi , ut monasterio adjudicaretur ejus hæreditas cum fructibus à tempore ingressus ; quia ip-

se testamentum condiderat , quo monasterium fecerat hæredem , seque , & sua Deo dicaverat , Auth. ingressi C. de Sacros. Eccles. Valasc. cons. 24. à princ. Pater instabat illæsum sibi debere remanere usumfructum in bonis filij , & insuper legitimam partem , quæ in hoc Regno omnia bona abforbet , dempta tertia parte , quæ testanti libera relinquitur ex Ordin. lib. 4. tit. 82. Iudex sententiam protulit pro patre, ipsi adjudicans legitimam, & usumfructum in vita

vita filij, & quod solum tertiam monasterio à morte naturali filij restituere teneretur: Sic placuit Senatui.

1 Cujus rei est ratio, quia etiamsi cesseret patria potestas filio effecto monacho, & per consequens videatur cessare ususfructus, qui patriæ potestati inhæret ex his, quæ Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 1. part. num. 45. Gomes l. 48. Tauri num. 7. Gregor. in l. 6. 4. part. tit. 7. gloss. 6. & alij quos citat Ægidius in l. 1. C. de Sacros. Eccles. 4. part. §. 2. num. 19. & est communis opinio, pro qua judicandum est ex Ordin. lib. 3. tit. 64. Nec obstat Ordin. lib. 1. tit. 87. §. 6. & tit. 97. §. 19. junctis quæ Ægidius, ubi supra in puncto juris pungit, quod monacho ingresso monasterium statim patria potestas expirat, gloss. in l. si ex causa §. Papinianus ff. de minorib.

2 Satisfit namque patriam potestatem proprie non cessare, nisi in duobus casibus, attento jure Regio, emancipatione, & matrimonio, Ordin. d. §. 6. ibi: *Forem emancipados, ou casarem: idem apud Hispanos ex Gomes in l. 47. Taur. & 1. tom. cap. 4. num. 2. Boer. decis. 197. Tiraquel. cessante caus. limit. 12. Ordin. d. tit. 87. §. 28. ibi: Tal carta, ou casamento; & lib. 3. tit. 42. §. 4.* Et licet cesseret filio effecto monacho ex d. gloss. in l. si ex causa §. Papinianus ff. de minor. Gomes l. 6. Taur. num. 11. & l. 48. num. 7. Dominus meus Caldas Pereira verbo læsis num. 143. Tamen in filio monacho durant, & conservantur effectus utiles suitatis, text. optimus in l. Deo nobis §. 1. C. de Episcop. & Cleric. Gomes 1. tom. cap. 11. num. 19. ad fin. & in specie in usufructu Luppus in rubr.

de donation. §. 42. ad fin. Gomes d. 1. 6. & num. 11. Matienço lib. 5. tit. 8. l. 1. gloss. 3. num. 19. & 20. quia patria potestas requiritur in acquisitione, & principio, non in continuatione, ex Bald. in l. 3. C. de usufructu, & in l. 2. Cod. de bonis matern. & in l. 3. C. de bonis quæ liber.

3 Respectu vero legitimæ, & tertiae sufficit Valasci authoritas d. conf. 24. per tot. juncta Ordin. lib. 4. tit. 82. in princ. & §. 4. cui addo Dueñ. reg. 356. limit. 6. Sicut è converso patre effecto monacho legitima filijs reservatur, expectata ipsius morte naturali, Bald. in repet. cap. si pater de testam. lib. 6. col. ultim. Alex. in l. si cum dotem in princ. ff. solut. matrim. Surdus conf. 238. n. 10.

4 Unde resolvimus filio monacho mortuo statim cessasse usumfructū respectu tertiae; quia licet de jure morte filij non cesseret ususfructus, l. fin. vets. fin vero Cod. ad Tertyll. Pinel. in d. l. 1. 3. part. num. 39. Tamen Ordinatio Regia d. §. 6. & 19. non excludit casus similes, ex gloss. in Clem. 1. verbo præsidētes de rescript. Ægid. d. l. 1. 4. part. §. 2. n. 12. Vel potest dicieram esse rationem, quod in d. l. fin. durat ususfructus morte filij, quia erat in patre proprius ususfructus, qui fortior est. At vero filio effecto monacho pater non retinet usumfructum, sed commoditatem, seu utilitatem ipsius, quæ respondet effectibus suitatis: quia sicut filius non habet suitatem, sed effectus ipsius, sic pater non usumfructum, sed effectus, qui facilius convelluntur, & sic eo mortuo expirat. Vide Pinel. ubi supra n. 41.

SUMMĀRIA.

1  *Ocatio ad plures annos involvit plures locationes. L. si in lege 24. §. colonus ff. locati. Si impeditur frui conductor, sta-*

tim agit pro omni tempore. Si res non est integra, totius temporis interesse debetur. ibi. Causa illius textus impulsiva, non finalis est.

DECISIO CVI:

DECISIO CVI.

An conductor expulsus factō locatoris petat interesse? Ad Ordin. lib. 4. tit. 54.

I



Um ageret conductor contra Franciscum da Sylveira, qui ad quadriennium villam locaverat, eo quod aliū in possessione colligēdi fructus invenisset ex alia priori locatione, movit actionem contra locatorē, quia prohiberetur frui ab extraneo: dominus offerebat conductori, quod frueretur ultimis duobus annis, & quod pro transactis duobus primis volebat premium refundere, eo quod pro singulis annis singulæ, & separatae videbantur inesse locationes diversæ, argum. I. quod sāpe §. in ijs ad med. ff. de contrah. emption. I. scire debemus ff. de verbor. Vaf. allegat. 72. num. 121. Tiraq. lib. I. retract. §. 23. gloss. I. num. 20. Verum Senatui placuit non esse hanc oblationem admittendam, ex text. in I. si in lege 24. §. colonus ff. locat. & conduct. quia cum conductori frui non liceat toto quadriennio, statim recte agit pro toto tempore, & interesse ipsius, etiam si reliquis annis dominus fundi eum frui patiatur: nec enim liberatur dominus, eo quod secundo, vel tertio anno patiatur fundo frui: nec obstat, quod ille textus ponderat, quod conductor sit jam alijs rebus illigatus, ibi:

Sera est enim patientia fruendi, quæ offerunt eo tempore, quo frui colonus alijs rebus illigatus non potest: quasi significet dominum satisfacere, si antequam colonus alijs rebus se impliceat, eum patiatur frui: quia illa verba debent explicari ex finalibus verbis textus ibi: Si colono integra sunt: in quo si dominus re adhuc integra, vel parva mora data rem tradit, satisfacit legi locationis, I. si debitori ff. de judic. I. qui fundū ff. contrah. empt. Non vero quando jam res non integra sit, quia vel ipse alijs se rebus illigavit, vel primus, vel ulterior annus elapsus est, vel tempus notabile, sufficit namque rem non integrum esse, ut totius temporis interesse peti possit, explicat Cujat. lib. 34. Pauli ad editum in d. I. si in lege 24. §. colonus ff. locati, vers. Quid enim si res non sit integra.

2 Unde illa ratio in textu expressa potius impulsiva censi debet, quam finalis illius decisionis; quia locatio facta pro pluribus annis, non plures sunt locationes, sed una tantum, ut deducitur ex Ordin. lib. 4. tit. 27. §. 1. ibi: *Do mesmo arrendamento.* Valasc. q. 27. n. 40. eleganter Sardus cons. 34. n. 54. argum. I. si duos, ff. de contrah. emption. Et ideo dividi, & separari nequit.

SUMMARIA.

I



N pignoribus, & hypothecis prior præfertur.
Non interest, vel sit pignus prætoriū, vel cōventionalē, vel legale, vel judiciale.
In pignore judiciali requiritur rei

- 1 traditio, ut pignus fiat.
- 2 Secundus creditor præfertur, quando prima sententia fuit lata per confessionem partis, & aliter non constat de debito.
- 3 Prælationis quæstio tunc datur, cū eadem res capitur à pluribus.

DE-

DECISIO CVII.

An duobus creditoribus concurrentibus ad debitū præferatur ille , qui posterior exequitur, quando prioris sententia fuit habita per partis confessionem ?

Ad Ordin. lib.3. tit.91. §.1.

I



Reditor contra suum debitorem sententiam reportavit , & contra eundem alius creditor egit in iudicio, & ipso agnoscente debitum magnæ quantitatis pariter præcepti sententiam obtinuit , & cum uterque ad executionem accederet, diligenter extitit, qui per confessionem partis sententiam obtinuerat , & ad debitorem accessit , qui (licet non judicialiter) prælum sacchari (quia hæc in Brasilica Regione agebantur) in pignus tradidit : his peractis , qui sententiam primo loco habebat, eadem die , sed vesperi pignorationem fecit , observata forma legis Regiae lib. 3. tit. 86. & in quantitate sacchari sufficienti ejusdem præli manu injecit: cumque ad præconia deuentum esset , primus impedimenta opposuit , seque dixit præferendum , eo quod totum prælum pignori acceperat à debitore, quod pignus fuerat conventionale , & sufficiens , ut præferretur judiciali , quia prius in tempore, ex Ordin. lib. 3. tit.91. §.1. In favorem hujus partis sententia lata erat, quam revocavimus : quia licet regula sit , quod in pignoribus , & hypothecis prior tempore præferendus sit , reg. qui prior de reg. jur. l. 6. l. potior , l. creditor. ff. qui potiore , l. si fundum 4. l. diversis 8.C. illo tit.l.27 tit.13. part.5. Ferrariens. in praxi sub tit. forma libell. in actione hypothec. §. sub eadem obligatione num. 9. Negus. 2. membr. 5. part. à princip. Barbota in l. 1. 6.p. num.6. ff. sol. matrim. Mudeus in tit. de pignor. sub tit. quibus modis pignus, Matienço in l.7. tit. 16. gloss. 5. num.3. Gutierr. pract. lib.3. quæst.99. n. 6. Adeo ut non intersit , vel pignus sit

prætorium, de quo in tit. ff. de pignor. vel legale, de quo in tit. C. in quibus caus. pignus , vel judiciale, de quo in l. injuncti ff. de re judic. Ordin. lib. 3. tit. 91 §.1. quia nihil interest hoc, vel illud pignus sit, ex l.2. C. qui potiores, l. si posteaquam ff. ut in possess. legator. Negus. ubi supra num.6. & 2. membr. part. 4. à num. 32. quia solum in prætorio pignore concurrunt creditores , nec prior præfertur , quando ex eodem titulo sunt creditores, l. 15. cui §. postquā ff. ut in possess. legator. Prateus regul. 415. ampliat.4. & limit. 7. Cassan. confid. 99. ampliat. 10. Alias si ex diverso, etiam inter eos attenditur prioritas: tamen in hoc Regno ex Ordin. lib. 3. tit. 91. §. 1. pignus judiciale conventionali præfertur, licet de jure aliud sit, ut colligitur in l. si tibi §. de pignor. ff. de paet. & ff. de usucaption. l. justo §. non mutat.l. contrahitur ff. de pignor. juncta l. 1. ff. de pignorat. action. Ubi nuda conventione pignus contrahitur , etiam si traditum non sit: Et merito quidem lex Regia sic sanxit, cum in pignore judiciali requiratur rei traditio , ut pignus fiat, l. non mirum ff. de pignor. action. quod sequitur Ordin. lib. 3. tit. 86. in fine principij.

2 Ex alia etiam causa debuit præferri hæc secunda pignoratio, quia illa sententia, qua prius ad executionē devetum est , fuit habita per partis confessionē , & sic tanquam fraudulenta caret omni prælatione , Bart. in l. post contractum ff. de donat. col. ultim. Barbos. in l. 1. 6. part. n. 42. ff. solut. matrim. Titaquell. de retract. convention. gloss. l. §. 1. verbo præferuntur n. 47. est enim confessio suspecta, nisi alias constet de debito, Gama decis. 226. n. 1. & decis. 236. n. 1. & 46. num. 1. vel alia præsumptione eli-

Pp 2 datur

DECISIO CVII.

datur, Barbos. 6. part. I. I. n. 31.

3 Insuper prius pignus constitutum fuit in prælo, secundum in saccharo ipsius præli, quo dato cessabat prælatonis quæstio, quæ tunc datur, quando

uterque creditor eandem rem apprehendit, non diversam; quia tunc uterque præfertur alijs in sua apprehensione: sicque debet accipi Ordin. d. S. I. ibi: Nos bens, em q̄ he já feito penhora, &c.

SUMMARI A.

I



Nvestitus in posseſſione maioratus à posſeffore ipsius poſt ejus mortem an tuendus.

Apud nos non transfertur posſeffio in ſequentes in maioratu à lege. ibi.

Apprehenſio à primo ſuccellore facta, intelligitur facta nomine ſequentium. ibi.

2 *Poffeffio tradita à posſeffore non excedit ejus vitam.*

3 *Poffeffio, ut talis ſit, non oportet, ut ſit iuſta.*

Titulus licet nullus eſſe poſſit, ſi tamen non eſt limitatus, eſt fortior iuſto limitato in duratione. ibi.

Legatum rei alienæ ſcienter valeſ quoad aſtimationem. ibi.

Ius renovationis legari potheſt. ibi.

Lex Tauri non prohibet, ut posſeffio tradita in vita duret quoad

vitam poſſefforis. ibi.

4 *Poffeffio tradi potheſt proximiori, ad quem ſpectat ſuccellio.*

5 *Si primogenitus in favorem ſecundogeniti renuntiet, ejus filij re-vocabunt.*

Si poſſeffor transferret poſſeffionem in ſequentem, eſſet potentior ipſa lege. ibi.

6 *Si poſt mortem poſſefforis remo-tior capiat poſſeffionem, ipſe tuen-dus cōtra proximiorem, qui de no-vo apprehendit.*

Poffeffio poſt mortem continuata cenſetur ex primo titulo. ibi.

Poffeffio, ut talis ſit, non oportet, ut ſit iuſta. ibi.

Poffeffio data ad tempus, ultra illud non eſt poſſeffio. ibi.

Investitus à poſſeffore debet eo mortuo novam capere poſſeffionem. ibi.

DECISIO CVIII.

An tuēdus ſit poſſeffor maioratus investitus ab ultimo poſſeffore contra legiti-mum ſuccellorem? Ad Ordin. lib. 4. tit. 58.

I



Udovicus de Mello Lo-bo cum ab avo ſuo poſſeffore maioratus, quem inſtituit Gil Moniz Rey, in poſſeffionē ipsius immitteretur ex cauſa dotis, eo prætextu, quod ipſe eſſet legiti-

mus ſuccellor, & filius filij ſenioris: poſt obitum cedentis Gomez Freire ſecondogenitus prohibuit continuatio-nem poſſeffionis: tunc poſſeffor con-queſtus eſt ſe turbatum, & dejectum: placuit judici restituendum: cujuſ ſen-ten-

DECISIO CVIII:

431

tentiam confirmabant Sapientissimi Senatores , qui prius deliberarunt , Laurentius da Gama Pereira , & Didacus de Brito de Carvalho : diversum sentierunt sequentes , quia non licet possessori maioratus , quando non sit primus institutor , alium post se in possessionem immittere , ut præjudicet alijs , l. lex vestigali de pignor. l. nemo plus ff. de reg. jur. optima Ordin. lib. 2. tit. 35. §. 25. ibi: *Não deviaõ durar mais que a merce feita ao donatario*: Molin. de primog. lib. 3. cap. 12. num. 18. Gomes l. 45. Taur. num. 117. Valasc. conf. 191. n. 45. Apud nos namque non est lex, quæ possessionē transferat, ut apud Hispanos est l. 45. Tauri, qua non solū dominiū, sed & ipsa possessio trāsit, de quo est 1:8. tit. 7. lib. 5. Ordinam. Valasc. de partit. cap. 13. n. 21. & in bonis Regiæ Coronæ , licet in hoc Regno dominiū transeat in sequentem, non tamen transit possessio, Cabed. 2. part. decis. 8. n. 7. in fine. Quod idem obtinere debet in quolibet maioratu, quia traditio, seu apprehensio à primo facta nomine etiam sequentium post se videtur facta quoad dominium tantū. Costa de successi. Regn. fol. 146. vers. Valasc. de partit. cap. 30. n. 25. tradit Imola in l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebel. col. 3.

2 Unde fit, quod si possessor maioratus transferat possessionem ipsius, non potest talem possessionem extendere ad tempus, quo jus possidendi evanuit, quia non transfertur jus vita donantis peritum, prosequitur Valasc. cōf. 157. n. 11. Gutierr. præt. lib. 5. quæst. 71. per tot. Azevedo in l. 9. & 10. l. 5. tit. 7. n. 3. Valasc. conf. 191. n. fin. Unde etiam apposita clausula constituti non sufficiet, quia post mortem non extenditur, Tiraq. de constitut. limit. 2. Ubi n. 4. infert, quod ideo Papa non potest sibi successorem eligere, quia confertur in tempus, quo ipse futurus non est.

3 Nec obstat, quod ex contractu nullo transfertur possessio, quia possessio ut talis , & naturalis , non oportet ut sit justa , l. 3. §. si vir ff. ac-

quir. possess. Adeo ut illi competant juris remedia , Menoch. remed. 15. rea cup. num. 448. Gomes l. 45. Tauri num. 23. Quia satisfit, quod illa possessio capta vivente possessore cum concedente vivit, & implicat, ut post mortem ipsius prorogetur , quia habebat præficationem naturalem: unde titulus nullus non limitatus fortior erit , ut possessor tuendus sit, ne expellatur, argum. l. cum precario ff. de precat. Nec patriter obstat, quod valeat legatum juris morte legantis perituri , l. uxoris partui Cod. de legat. l. quod in rerum §. si usumfructum ff. de legat. i. Quia illud procedit ex alia ratione , quia scilicet legatum rei , quam testator sciebat non esse suam, quoad æstimationem ipsius valet , & sic datur jus, quod morte non perit, §. non solum, Institut. de legat. l. cum alienam C. de legat. prosequitur Donec ad illum text. DD. in d. l. quod in rerum §. i. ff. de legat. i. Vel etiam obtinet poterit in jure suspenso, dum possessor vivit, quod ejus morte non extinguitur, prout est emphyteusis renovatione, de qua Valasc. d. conf. 157. num. 11. Surdus decis. 93. in princip. Ubi multis probat legari posse jus renovationis : licet aliter tentiat D. pater meus de renovat. q. 9. num. 28. & quæst. 18. num. 21. Nec patriter obstat Doctores Hispanos in hac materia loqui secundum legem 45. Tauri , ex cuius virtute in sequentem legatum possessorum statim possessio trāfertur: quia satisfit, quod licet translatione possessonis detur in sequentem ex illius legis beneficio; bene tamen ex illici Doctoribus comprobatur possessio nem penes tertium usque ad mortem ultimi possessoris durare, ut deducitur ex Tiraquel. de primog. quæst. 27. n. 2. & quæst. 26. num. 1. & quæst. 40. n. 187. ex Burgensi in procēmio legum Tauri num. 96. Gomes ubi supra, Molin. d. cap. 12. n. 18. quibus accedit Boer. dec. 214. & 147. n. 7. Caldas Pereira de renovat. q. 18. n. 21. Valasc. conf. 157. n. 10. & 11. Cabed. decis. 96.

4 Nec insuper obstat, quod re-
Pp 3 guia

gula supraposita videtur restringenda, quando possessio tradita sit in vita ei, qui primum succedendi locum non occupat; quia si in proximorem, qui alias successorus erat, possessio transferatur, non inconvenit, ut traditio valeat, prout in nostro casu, in quo tradita fuit possessio nepoti ex filio seniori, quem vocat Ordin. Regia lib. 4. tit. 100. Constat namque primogenituram cedi posse, ut habetur in cap. quām sit periculosum 7. quæst. 1. notat gloss. in l. quoties in princ. ff. de hæred. instit. Angel. in l. stipulatio hoc modo ff. de verbor. Ias. in l. pactum quod dotali C. de collation. num. 4. Soares in l. quoniam limit. 5. Cirier. 3. quæst. 8. Durandus de arte testandi cautel. 3. fol. 58. num. 2. Afflct. notabiliter in cap. 1. de natura succession. feud. à num. 38. Guillelm. in cap. Raynutius, verbo duas habens num. 224. Burgensis in proœmio legum Tauri num. 94. & 98. Gomes in l. 40. num. 70. Didacus de Sá in suis disput. fol. 86. in fine, Socin. lib. 3. conf. 47. num. 18. Quæ renuntiatio facta in proximorem proculdubio tenet, ex Tiraquel. lib. 1. retract. §. 26. gloss. 2. num. 4. & de primogen. quæst. 27. Peralta in Rubr. ff. de hæred. instit. num. 109. Pelaes lib. 3. quæst. 18. num. 6. Afflct. in cap. 1. de succession. feud. num. 67. Sicque explicari debet Parif. lib. 2. conf. 72. num. 11. & lib. 3. conf. 1. num. 58. dum resolvit posse gravatum rem restituere etiam existenti in remotiori gradu, quia loquitur in gravato restituere uni de familia, non vero quando vocatur proximior, prout in maioratis Hispaniæ.

5 Quia satisfit, quod licet agnoscamus renuntiationem valere posse, non tamen inde convincitur filijs nocere: unde si primogenitus in favorem secundogeniti primogenij successioni renuntiet, utique ejus filij revocabunt renuntiationem, notat gloss. & DD. in cap. 1. §. Titius in titulo si de feud. fuer. controv. inter domin. sequuntur plures, quos sequitur Tiraquel. lib. 1. de pri-

mogen. quæst. 26. num. 5. & quæst. 40. num. 187. Burgos in proœm. legum Tauri num. 96. Pinel de bon. matern. fol. 103. Boer. decis. 214. ad fin. & 147. num. 7. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 45. A fortiori ergo renuntiata in vita possessione maioratus non obstat hoc, quominus qui se pertendit proximorem, illam occupare possit, ne admittamus, quod valida sit translatio à possidente facta, quæ nunquam fit nisi sub colore, quod fiat in proximorem, ut pungit Valasc. d. conf. 191. num. 41. ibi: *Mutit in possessionem, cum quem putat successorum: quod si admitteremus, utique ultimus possessor esset iudex inter successores, ad quem jus succedendi spectaret: Sicut ergo non præjudicat successori quoad proprietatem, & jus primogeniturae: sic nec quoad possessionem, ne potentior fiat ipsa lege, quæ possessionem transferre noluit, & hoc modo via fraudibus aperiatur.*

6 Nec obstat, si quis replicet, quod supposito, quod negamus juris effectus possessioni habitæ in vita possessoris, fatendum est, quod si vere, & realiter illa tradatur vero, & legitimo possessori, si contingat post mortem possessoris illam occupasse alium remotorem, ille tuendus erit contra verum, & legitimum successorem: in quo maius versatur absurdum, cui non prodierit continuatio possessionis habitæ in vita defuncti, quia intelligitur continua ex primordio tituli habiti, ex his quæ Mascard. conclus. 1203. num. 21. Nec ipse causam possidendi mutare poslit, l. cum nemo C. de acquir. poss. Quia satisfit, quod annullato primo actu, ille præfertur in possessionis apprehensione, qui prius post mortem possessoris accedit: nec inconvenit, quod qui prius eam capit, sit remotior, quia possessio ut talis, non oportet, quod sit justa; naturaliter namque, & vere possidet, qui sic possidet, licet non juste: & ideo prædo ante omnia restituitur cap. 1. in literis de rest. spol. cum vulgaribus. Unde possessio habita licet

DECISIO CVIII.

433

ex titulo valido, limitato tamen ad tempus, inficit possessionem ultra illud tempus, non quasi illa sit injusta, sed ex eo quod non est possessio, & credit ad non causam veniente die, quae finem possessioni prescrivit. Unde titulus nullus, qui de se habet causam perpetuam, quod ad hunc effectum possidendi fortior est, quam titulus validus limitatus ad certum tempus, argum. l. cum precario ff. de precar. cum vulgaribus. Quare ut caute procedat à moriente

investitus, debet novam possessionem apprehendere, vel novam occupanti resistere, seque pro possessore gerere, occupando corporaliter res maioratus, quia licet mutare causam suae possessionis ex nova causa, & novo jure, eleganter Barbosa in l. si alienam num. 117. Valasc. cons. 42. num. 3. Sic limitata regula d.l. cum nemo, l. non solum §. quod vulgo ff. de usucaption. & in his terminis loquitur Valasc. d. cons. 191. n. fin.

SUMMARIA.



1 Lericus tenetur in
sæculari fidejussores
dare, si ibi agit.
Processus tamen non
est nullus, quandiu
non petitur dicta cautio. ibi.

2 Fidejussor an extendatur ad se-

cundam instantiam.

3 Fidejussor primæ instantiæ non
tenetur ad gesta post diffiniti-
vam.

4 Quid si appellatio sit habita pro
deserta.

DECISIO CIX.

An fidejussor datus à clero teneatur ad expensas factas in instantia appellatiōnis? Ad Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 6.



1 Um Canonicus quidā
ageret in judicio sæcu-
lari, & teneretur fide-
jussorem ad expensas
processus præstare jux-
ta formam Ordin. lib.
3. tit. 20. §. 6. cum causa esset delata ad
Senatū, petebatur à fidejussore etiam ex-
pensæ factæ in causa appellationis: Du-
bitabatur, An fidejussor simpliciter da-
tus, ad expensas tamen primæ instantiæ
teneretur, an vero utriusque? Et insuper
dubitabatur, An processus esset nullus in
his, quæ gesta sunt, antequam fidejus-
sio data esset? Nullum processum dicit
Barbosa in l. divortio §. interdum num.
30. & 40. ff. sol. matrim. Alex. cons. 37.
num. 1. lib. 2. Azeved. l. 2. tit. 22. n. 24. lib.

4. novæ Collection. Sed puto contra-
rium esse verius, quod processus sit vali-
dus interim, dum cautio non præsta-
tur; quia quando lex in aliquo actu re-
quirit cautionem, intelligitur, si petatur,
l. §. quod ait prætor ff. quorum lega-
tor. l. peto §. fratre ff. de leg. 2. l. univer-
so cum gloss. C. de precib. Imper. Bald.
in l. generaliter num. 15. C. de Episcop.
& Cleric. Deinde, quia ut inquit Pau-
lus in d. §. fratre num. 3. si statutum an-
nulet non data fidejussione, adhuc in-
telligi debet, si petatur. Mysinger. cert. 1.
observ. 6. Soares in l. quoniam ampl. 10.
n. 1. C. in offic. testam. Peres ad leges
Ordinam. lib. 1. titul. 8. lib. 4. fol. 1273.
Gutierr. in l. nemo n. 433. ff. de legat. 1.
Roland. conf. 71. lib. 1.

2 De fidejussione vero, An extendatur ad secundam instantiam, quando simpliciter constituitur ad expensas processus? Sunt aliqui casus distinguendi. Sit primus, quando causa, vel judicium mutatur in aliud, vel causa avocatur, text. in l. 3. ff. de judic. sol. Imol. conf. 47. Hypoll. in rubr. de fidejuss. n. 90. Franchis decis. 344. num. 4. Thesaur. decis. 202. num. 13. quia tunc non tenetur ex supradictis. Secundus, quando appellatur durante prima instantia ab interlocutoria in casibus Ordin. lib. 3. tit. 68. in princip. & apud superiorem causa manet, Maranta de ordine judic. 4. part. decis. num. 25. Tunc fidejussor adhuc manet obligatus, l. qui proprio §. item queritur ff. de procurator. Franchis decis. 208. num. ultim. & decis. 344. num. 3. & 4. quia judex appellationis subrogatus est in locum primi, & unum reputatur judicium, & ideo in eo judicio erit locus reconventioni, Marant. lib. 3. tit. 24. §. 6.

3 Tertius casus in fidejussore primæ instantiæ; hic non tenetur ad gesta post definitivam, l. cum apud ff. judic. sol. ubi Bart. Boer. decis. 315. communis ut per Franc. Marcus decis. 357. num. 2. in 2. part. Gabriel de fidejuss. conclus. 4. num. 3. idem in 2. tom. commun. opin. lib. 8. tit. 25. num. 69. licet contrarium teneant multi relati à Gabriel. d. conclus. 4. num. 2. Baeça de inope debitore cap. 5. num. 7. Thesaur. decis. 202. num. 11. Sed prima opinio est receptior.

4 Quartus casus est, si appellatio habita sit pro deserta, tenetur fidejussor acceptus in prima instantia, Bald. in d. l. cum apud, Marcus decis. 357. num. 2. Thesaur. d. dec. 202. num. 12. Idem dicendum est, quando ipse fidejussor appellatione prosecutus sit, Gabriel d. conclus. 4. n. 10.

Ex quibus supplicanti providimus, ne ad expensas appellationis teneretur.

SUMMARIA.



1 *Vando duo procuratores constituuntur, an alter ab altero exigere possit.*

Explicatur l. qui proprio §. fin. de procurat. ibi.

Explicatur l. qui duos ff. illo titulo.

2 *Quando unus tantum debet, alter ab eo exigere potest; secus quando uterque est debitor.*

Procuratores duo constituti non censemur, ut uterque litiget, nisi id expressè dictum sit. ibi.

Exactio, licet veniat in generali mandato, non tamen mutua exactio. ibi.

Casus mixtus continetur sub simplici, quando est eadem ratio. ibi.

Si uterque debet, cessat mens mandantis, ut alter ab altero exigatur ibi.

Tutor contra contutorem durante tutela non agit. ibi.

3 *Conciliatio responsorum Caij, & Iuliani.*

4 *Procurator secundum regulas ab alio comprocuratore pecuniam debitam exigit.*

Explicatur l. itaque ff. de procurator. ibi.

Pecuniam relictam à domino absente sub usuris procurator non exigit sine speciali mandato. ibi.

Domino utile est, ut illa pecunia exigitur. ibi.

DECISIO CX.

An duo procuratores generales ad omnia, possint alter ab altero debita constituantis exigere?

I Iscedens P. in Indiam, duos procuratores cū libero, & generali mandato in Regno reliquit in solidum constitutos: quorum alter certā pecuniæ quantitatē mandantis sub usuris acceperat: post aliquod temporis spatium Gondicalus Rodrigues unus ex procuratoribus contra alium egit, ut pecuniam, quam apud se habebat sub ratione interestis, solveret: & agitato processu sententia lata fuit, qua pronuntiatum est, ut solveret. In Senatu dubitabatur de sequētibus: Primum, An duobus procuratoriis in solidum constitutis cū libera, unus ab alio posset debita exigere? Secūdum, An etiam post sententiam liceret Reo excipere auctori actionem non compete-re? Et quoad primum res efficitur dubia ex Caij responso in l. qui proprio §. fin. ff. de procurator. ibi: *Si duobus man-data sit administratio negotiorum, quorum alter debitor sit mandatoris, an alter eum eo recte acturus sit. & utique recte, & utiq; non enim ob id minus procurator intelligitur, quod is quoque, cum quo agitur, pro-curator sit.* In contra respondit Julianus in l. qui duos ff. illo tit. ibi: *Qui duos procuratores rerum suarum omnium reliquit, nisi nominatim præcepit, ut alter ab altero pecuniam petat, non videtur manda-tum utrilibet eorum dedisse:* explicant hæc responsa ultra Bart. Paul. & Cuman. d. locis, Faber in rationalib. ad tit. ff. de procurat. fol. mihi 384. Nicolaus à Pas-serib. in conciliat. legum, ad l. qui prop-rio §. fin. fol. 83. Cujat. ad lib. 4. Salvij Iuliani tom. 1. fol. mihi 2351. ad l. qui duos, Petrus Costalius adversarior. part. 1. fol. 60. sub tit. de procurat. Onezius

observ. cap. 35. Fridericus de Senis quæst. 124. Mantica de tacit. convent. lib. 7. tit. 17.

2 Et omissis multis, quæ Doctores in his juribus adducunt, constituentes differentiam, quando procuratores consti-tuti non sunt in solidum, & quando in eadem administratione, vel diversa, vel quando mandatum fuit ad exigen-dum tantum, vel eodem tempore, vel diverso, l. si quis §. Julianus ff. de pro-curat. de quibus ordinarios dictis locis consule. Videlur omnem violentiam cessare, si intelligamus Caium regulam constituisse, ut alter ab altero exigere possit, quando scilicet unus tantum eorum debitor est, d. §. fin. ibi: *Quo-rum alter debitor est, &c.* Quod tamen non ita se habet, quando uterque debebat; quia tunc requiritur, ut specialiter, & nominatim exprimatur, ut Julianus sentit, ibi: *Non videtur utrilibet eorum de-disse, supponens utrumque deberet:* quia non videntur ad hoc constitui, ut secum in-vicem litigarent, nisi id expressim di-stum sit; quia licet exactio veniat in generali mandato, non tamen mutua exactio, quia casus mixtus continetur sub simplici, l. si ita scriptum ff. de li-ber. & posth. quando in utroque est ea-dem ratio, quæ in hoc casu est valde di-versa: constitutis namque duobus pro-curatoribus in solidum ad omnia, si al-ter tantum debet, videtur ex mente concedentis data exactio ex ratione Caij, quia non ob id minus procurator intelligitur, ut contra procuratorem agat, quia meliorem reddit causam cō-stituentis, ne debitum præscribatur. At verò quando uterque debet, facit de-teriorem causam domini, quia addit debito debitum, & debitorem gravatum de-

de novo gravat maiori onere , cum satius sit debitum divisum esse , quam apud unum debitorem. Unde si uterque debet , cessat mens mandantis , Cujatus ubi supra : deinde quia si uterque posset exigere , sequeretur , quod quilibet ageret , & se debitorem ficeret debiti alieni , nec melior efficeretur causa domini , cum solum motis ab uterque parte actionibus debita mutarentur de una persona in aliam , & duo adhuc manerent debitores , ut antea : Si ergo mutatio hæc nihil commodi afferit , melius est ut præsumamus dominum potius voluisse sic eos manere , donec veniat , facit l. cum plures ff. de administrat. tutor. Ubi tutor contra contutorē durante tutela non agit , l. adversus C. administr. tutor. ibi : *Quandiu administratio communis durat, exerceri judicium non potest.*

3 Vel melius dici potest nullam repugnantiam dari inter responsa Caij , & Iuliani : nam Julianus de casu longe diverso agit , nempe an procurator unus ab alio pecuniam petere possit , quod est diversum , an debitum petere possit ; inepte enim intelligitur verbum pecunia de debito , seu pecunia exacta , quæ in manu alterius procuratoris , quam unus ab alio exigere nequit virtute generalis mandati , veluti si ad expediendam suam negotiationem oporteat petere pecuniam à comprocuratore , quia eum obligare non poterit , ut sibi tradat ex sua parte aliquam quantitatem ; quia procurator , qui æqualis est , non potest pecuniam petere ab alio sibi necessariam ; quia de ea , quam quilibet exigit , tenetur rationem domino exhibere , non vero socio , argum. l. 2. C. de administr. tutor. l. cum plures ff. eod. tit. imò si traderet , adhuc non liberatur casu , quo foret amissa , vel damno non tradita : quare ut socium cogat , ut sibi pecuniam det , debet illud in mandato exprimi : & sunt ponderanda verba utriusque textus : nam Caius agit de eo , qui debebat , ibi : *Quorum alter debitor sit mandatoris : Julianus vero non de*

debitore meminit , ibi : *Ut alter ab altero pecuniam petat. Ubi non de debitore egit , sed de pecunia petita , forsan ex alia causa , quam debiti , veluti ea , quæ purgatis necessarijs sumptibus supereft , ut ait l. qui aliena ff. de negot. gest.*

4 Unde regula manet procuratorem ab alio comprocuratore pecuniam debitam exigere non prohiberi ex sententia Caij nec oportere , ut hoc exprimatur , sed sufficere , ne voluntas contraria probetur , l. Pomponius §. in his ff. de procurat. ibi : *Non exigimus , ut habeat voluntatem , vel mandatum , sed ne contraria voluntas probetur , &c.* quia in generali mandato continetur potestas exigendi pecuniam à quocunque debitor , l. procurator cui § 8. ff. de procurator. Unde explicatur l. itaque illo titulo , quæ admittit exceptionem , etiam eo casu , quo mandatum specialiter emanaverit , ut procedat non cum relatione ad §. fin. legis qui proprio , sed ad proximam legem , qui duos , explicans , quod quando specialiter conceditur procuratori , ut pecuniam petat eo casu , eo excipiente de æquali mandato , oporteat de mandato speciali replicare : quo casu sunt considerandi termini habiles , veluti si generale ad omnia negotia utriusque procuratori mandatum datum est , & alteri eorum conceditur facultas in alio instrumento ad pecunias exactas à socio in administratione colligendas , & mittendas domino ; tunc si comprocurator excipiat virtute primi mandati , socius replicet ex secundo speciali , quia si taceat , prima exceptio obtinebit , de quo est similis text. in l. sive apud C. de transaction. ibi : *Si exceptio pacti apposita fuerit doli mali , vel in factum , replicatione usus poteris ad obsequium placitorum adversarium tuum urgere , &c.* Atque ex his placuit in prima quæstione procuratorem admitti posse mero jure à socio exigere debita . Sed aliud foret dicendum in præsenti casu , quia constitit dominum pecuniam reliquisse apud procuratorem sub usuris : quo casu non est simplex debitum , cum præ-

DECISIO CX.

457

præcesserit contractus, quem procurator infringere non poterat ; maxime quia debet exerceri potestas data , ut melior efficiatur domini conditio , non deterior ; constat autem in præsenti deteriore fieri domini conditionem , si pecunia, quæ exposita erat lucro , ad procuratorem reverteretur , ut ibi infructuosa

resideret, quod circa voluntatem domini, seu potius contra videtur.

5 In secunda quæstione exceptio nem illam , quæ falsi , vel non legitimi procuratoris est, placuit, etiam post sententiam latam, posse admitti, ut per Bart. Cuman. & alios supra citatos in dict. l. qui duos : Scriba Matos.

SUMMARIA.



*Egatarius non te-
netur reficere , nisi
modica sit impen-
sa.*

*Ususfructus legatus
tunc dicitur, quando licet illos per-*

*cipere propria auctoritate. ibi.
Quomodo cognoscatur , an sit lega-
tum relictum fructuum , vel usus-
fructus. ibi.*

*Hæres pendente conditione, si sum-
ptus facit, non repetit. ibi.*

DECISIO CXI.

*An legarius, cui fructus rei ad vitam relicti sunt, teneatur ad refectionem
expensas pro sua parte ?*



*N suo testamēto Al-
varus Ægidius Frei-
re disposuit , quod
majoratus, quem in-
stituebat, ad ejus so-
rorē deveniret , &
post ejus mortem ad ejus filios : grava-
vit eam tamen , quod in vita sua alteri
sorori communi dimidietatem fru-
ctuum elargiretur , & morte sororis ma-
joratus ad ejus filios transiret sine ullo
onere : contigit, quod domus maiora-
tus minabatur ruinam : volebat posses-
sor, ut legataria ad refectionem domus
contribueret , siquidem dimidietatem
fructuum percipiebat : ad hoc fuit con-
demnata per judicem. Senatus vero
absolvit à refectione ædificij , nisi ea
refectione sit modica , & quæ boni viri
arbitrio facienda sit pro commodo rei
legatæ usu, de quo est text. in l. usufruc-
tu legato ff. de usufructu, ibi: *Quoniam
igitur omnes fructus ad eum pertinent, refi-**

*cere quoque eum ædes per arbitrum cogi.
Celsus lib.8. Digestorum scribit: Hac-
tenus tamen ut sarta tecta habeat , si qua ta-
men vetustate corruissent, neutrum cogi re-
ficere, sed si hæres reficerit, passum fru-
ctuarium uti : Et paulo infra : Modica
enim refectione ad eum pertinet, &c. Et ad-
vertendum est in nostro casu non usum-
fructum fuisse constitutum , sed tantum
fructuum maioratus legatum relictum
censi in annos singulos ; nam solum
quando fructus legantur , ut propria
auctoritate percipi possint , censem
ususfructus legatus: si vero à manu al-
terius percipi debent , tunc non censem
datus ususfructus , sed sola compe-
tit actio personalis ad fructus peten-
dos , ut est receptum ex Alex. in conf.
214. num.1. lib. 6. late Menoch.de præ-
sumpt. lib. 4. præsumpt. 324. & 134. &
lib. 1. præsumpt. 135. Afflīct. dec. 252.
num.1. & 3. de quo est gloss. verbo dif-
ferentiam , in l. fundi Trebatiani ff. de
usu.*

DECISIO CXI:

usufruct. legat. Primo namque casu cē-
setur servitus personalis ususfructus
constituta, l. fin. §. fin. ff. de cōtrah. empt.
& competit fructuario confessoria,
quæ datur contra quemcunque posses-
forem §. æque si agat Instit. de action.
l. uti frui ff. si ususfructus petat. Secus in
secundo casu notat gloss. in verbo pos-
se in d. l. fundi. Deinde primo casu suf-
ficit, ut si non omnes fructus, saltem
quota fructuum relinquatur, dummo-
do tamen propria authoritate liceat
percipere, Bart. in d. l. fundi num. 1. &
in l. cotem §. qui maximos ad fin. ff. de
publican. Pinel. in l. 1. C. de bon. ma-
tern. 2. part. num. 13. In secundo vero
legatis simpliciter fructibus non censem-
tur ususfructus datus, nisi quando om-
nes fructus fundi dati sint, l. si quis ita
20. ff. de usufructū, ibi: *Fructus fundi*
Corneliani do, lego: perinde accipi debet
hic sermo, ac si ususfructus fundi legatus
esset. Si vero quota fructuum relata
sit, est simplex fructuum legatum,
l. defūcta §. Sempronio ff. illo tit. Unde
cum in præsenti dimidia pars fructuū re-
lieta fuerit in testamento, nec propria
authoritate liceat percipere, sed de
manu instituti, seu vocati ad maioratū,
simplex legatum est. Quo casu, sicut
usufructarius si qua tecta vetustate
corruissent, non reficit, maiori cum ra-
tione legatarius facit, l. si domos ff. de
legat. 1. ibi: *Et hæredis nummis extructas*
ex causa fideicommissi post mortem hære-

*dis restituendas viri boni arbitratu, sum-
tuum rationibus deductis, & ædificiorum
æstatibus examinatis: explicat Cujat.* ad
illum text. tom. 2. fol. 869. Nec obsta-
bit, quod ibi æstimantur ætates ædificio-
rum, ut à legatario impensæ solvantur,
quia illud procedit ex eo, quia domus
restituitur: nam si hæres pendente con-
ditione sumptus fecerit necessarios in
re fulcienda, & reficienda, eos non de-
ducet, quia debet sarta tecta habere, &
sumptos necessarios facere, quia ejus
temporis omnia onera agnoscit, l. cum
servum §. hæres de legat. 1. ibi: *Hæres*
*cogitur legati prædij solvere vectigal præ-
teritū, vel tributum, vel salarium: Barbosa* in l. fructus ff. solut. matrim. num. 28.
Sumptus vero restitutionis hos hæres
reputat legatario, & sumptus retinet
per exceptionem doli, habita ratione
eorum arbitratu boni viri, ex ratione l.
si in area ff. de condition. indebit. Unde
si fiat restitutio non solutis sumptibus,
licet non competit certi condicō, ex
d. l. si in area; competit tamen adhuc
condicō incerti, pugnat Cujat. ubi supra,
& videndus in l. 9. responsor. Papin.
Unde cum in præsenti domus meliora-
ta, & refecta maneat apud ipsam sor-
orem, & ejus filios, cessat ratio d.l. si do-
mos. Ad modicas autem expensas vide-
batur teneri ad domum reficiendam, si
ejus fructus percipere vellet sibi testamē-
to reliatos ex his, quæ Barbosa in l. fra-
ctus.

SUMMARI A:



Onditio non nubendi
valet in uxorato.
Hoc casu habet lo-
cum Mutianacautio.
ibi.

1. *Conditio in non faciendo, nisi in fi-*
ne vitæ, impleri non potest. ibi.
2. *Quod ita debet accipi, quando ne-*
gativa conditio ante mortem im-
pleri non potest.

Interpretatur l. cum tale. ibi.
Matris votum est, ut prius ipsa
moriatur. ibi.
Maritus non parens conditioni te-
netur rem cum fructibus restitue-
re. ibi.
Cautio trahitur retro. ibi.
Interpretatur Ordin. lib. 2. tit. 18.
§. 1. C. 5.

DECISIO CXII.

An Capella administratio relict a viduo sub conditione, ne nubat, amittatur secutis nuptijs?



Onachi Carmelitæ littem intendebant contra P. ut capellam dimitteret monasterio, eo quod sibi relict a fuerat ea conditione, quod ad secundas nuptias non transiret, alias monasterio substituto appetiretur locus: quod cum contraxerit, capellam retinere non poterat. Provisor Capellarum monasterium admittendum pronuntiavit. Quam in Senatu confirmandam duximus; quia illa conditio non nubendi valet, Auth. cui relictum Cod. de indist. viduit. Bart. ibi, & in cons. 184. Franchis decis. 174. Menoch. lib. 4. præsumpt. 148. num. 15. Et hoc casu præstatur Mutiana cautio, quæ tantum locum habet in his, quæ in non faciendo concipiuntur expresse, vel tacite; possunt enim legata, vel hæreditates in ultimum vitæ tempus cōferri, scilicet cum morietur, l. hæres in princ. ff. de cond. & demonstr. & hoc modo videtur relictum sub cōditione non facie di, nam hæc nisi in fine vitæ impleri non potest, & statim remedio cautionis Mutianæ illi repræsentatur, l. Titio fundus 23. ff. de condit. & demonstr. & prolata est etiam constitutio Divi Pij in l. Mutianæ illo tit. in quo etiam continentur rei fructus, l. qui filius §. qui Mutianam ff. de leg. 2. l. hæres §. qui post ff. de cond. & demonstr.

2 Hoc tamen ita debet accipi, quando talis sit conditio negativa, quæ

non possit impleri nisi morte ejus, cui adscripta est, l. servò invito §. 1. ff. ad Trebell. l. Titio 73. ff. de condit. & demonstrat. quia si vivo eo potest impleri, tunc cessat cautio Mutiana, de quo sunt exempla in l. cum tale, §. Titius ff. illo tit. l. avia 77. §. Titio, l. pater 101. §. socrus, l. hoc genus eod. Exceptis duobus casibus, de quibus in dict. l. cum tale in princip. in legato matris, vel liberti, ne à liberis discederet, quia licet eo casu posset conditio impleri morte liberorum, tamen votum matris est, ut prior moriatur, explicat Cujat. in l. cum tale §. 1. ff. illo titul. ad lib. 18. quæst. Papin. 4. tom. fol. 421. & in l. 3. Cod. de condit. instit. tom. 2. fol. 774. Unde maritus conditioni non parens tenebatur rem cum fructibus restituere; quia cautio trahitur retro, Auth. de nuptijs §. quia vero col. 4. & quando actus retrotrahitur, semper debentur fructus, l. item 6. ff. de in diem addict. gloss. verbo lucrari in l. 2. ff. illo tit. recepta ex Corras. lib. 3. miscellan. cap. 9. Molin. lib. 2. cap. 19. n. 19.

3 Solum faciebat dubium Ordin. lib. 2. tit. 18. §. 1. & 5. Sed satisfit, quod illæ Ordinationes non procedunt in his, quæ pro anniversarijs acquiruntur; quia ex hoc titulo licet locis religiosis acquirere, ut exprimitur in secundo articulo ex undecim Romæ datis contra Regem Dionysium coram Papa Urbano IV. de quo latius dicemus alibi. Et ideo confirmavimus.

SUMMARIA.

1 **P**ictores an sint mechanici. Patriæ consuetudo eos in-

ter mechanicos reputat. ibi.
Privilegium aliquibus concessum
Qq ostendit.

DECISIO CXIII:

- ostendit alios esse sub regula. ibi.
 2 Pictores ab omnibus folidis muneribus excusantur.
 Interpretatur l. Archiatros. ibi.
 Triplex status in Republica consideratur. ibi.
 Alij sunt nobiles, alijs mechanici,
 alijs privilegiati. ibi.
 Medicinae ars non confert nobilitatem medico ignobili.
 3 Interpretatur l. si non sortem §. lib.

DECISIO CXIII.

An pictoria ars sit inter sedentarias connumeranda?



Ontroversum fuit in Senatu, An pictores sint inter mechanicos conumerandi, vel potius inter nobiles, & excusandi à muneribus folidis? Et sapientissimis Senatoribus placuit, Nonio (scilicet) d'Afonseca Cabral Jurisprudentissimo, nūquam fatis laudato Domino Didaco de Brito excelsi ingenij, & eruditio[n]is, & Emmanuel Coutinho de Castellobranco Jurisconsultissimo, me reluctante, & causam pictorum agente, ne illi mechanici judicarentur. Pro illa opinione ponderabant viri sapientissimi text. in l. i. C. de excusat. artific. lib. 10. Ubi de pictoribus agit, eosque inter mechanicos, & artis sedentariae professores enumerat. Deinde l. hæ operæ, l. quoties ff. de oper. libert. l. si non sortem §. libertus ff. de condic[ione]. indebit. faciunt quæ Alciat. reg. 1. præsumpt. 48. num. 1. Garcia de expensis cap. 4. num. 8. Deinde patriæ consuetudinem, quæ eos inter mechanicos reputat, in his maxime attendendam esse reor. Mascard. conclus. 1095. num. 12. Otalora de nobilit. quæst. 3. cap. 6. num. 6. Quam confirmabat Regia Provisio Regis Ioannis III. qua ipsis dabatur locus in pu-

bertus.
 Operæ officiales soli patrono debentur. ibi.
 Fabriles opera cuicunque debentur. ibi.
 Differentia inter operas officiales & fabriles. ibi.
 Privilegium ob aliquam qualitatem datum, illa finita extinguitur. ibi.

Respondetur ad Regium diploma

blicis processionibus sub vexillo Divi Georgij, ubi folidæ tantum artes militant. Nec inter pictores olei, & alios facienda erat differentia ex his, quæ Tiraq. de nobilit. cap. 34. à princ. Ubi Senecam illud idem sententem refert. Maxime quia in actis producebantur Regiæ provisiores, quibus insignibus pictoribus speciale privilegium immunitatis concedebatur: quod quidem ostendit ipsos esse sub regula, & succedit regul. l. fin. C. de legib. Tiraq. cessante causa 1. part. limit. 1. num. 65. & de primogen. cap. 5. num. 6. Nec obstat l. Archiatros C. de metatis lib. 12. juncta l. i. C. excusat. artific. lib. 10. quia licet ibi excusat, non sunt nobiles, Galileucus de expens. cap. 4. num. 4. quem citat Barbosa 7. part. l. i. n. 56. Julius Formicius lib. 9. cap. 9.

2 Ego aliter sentiebam, pictoriae artis professores ab omnibus folidis muneribus excusandos, & ab oneribus personalibus: in cuius rei confirmationem facit d.l. Archiatros C. de metatis, & epideme lib. 12. ibi: *Necnon picturæ professores: juncta l. i. C. de excusat. artific. lib. 10.* Ad hoc enim triplex status considerari debet, alter nobilium, alter mechanicorum, & sedentariae artis professorum, & tandem privilegiatorum, qui licet non sint

DECISIO CXIII.

461

Sunt nobiles, aliqua tamen lege à muneribus, & oneribus personalibus eximuntur. De his ultimis illud constat, statum medium obtinere inter nobiles, & mechanicos, quatenus immunes fiunt, quod vivunt, ut Grammatici, Sophistæ, Phetores, & Medici, & liberalium artium professores, l. i. C. de decret. decurion. l. 4. C. de professor. & medic. l. 10. §. angariarum ff. de vacat. muner. explicat Cujat. in tit. ff. de excusation. 2. tom. fol. 662. Faber in suis decisionibus substit. de dignit. & nobil. diffinit. 9. & 12. Cabed. arest. 36. 2. part. & facit Ordin. lib. 1. tit. 90. §. 6. & lib. 4. tit. 92. §. 1. Tholosan. in syntagmat. jur. lib. 19. cap. 8. à n. 8. & seqq. Gutierr. lib. 4. pract. q. 7. & 8. Tiraquel. cap. 20. de nobilit. Sic videmus Medicinæ artem non conferre nobilitatem ignobili, nec nobili adimere: ignobilis tamen, si professor illius artis sit, quandiu vivit, privilegio gaudet immunitatis, l. Medicos C. de professor. & med. lib. 10. quia privilegium ob aliquam qualitatem datus, illa finita extinguitur, l. athletæ §. gentium ff. de excusat. tutor. cum tamen negari non possit artem Medicinæ esse nobilissimam, Faber. d. diffin. 9. n. 1. Tiraq. de nobil. c. 31. Sicut & Medicum esse nobilissimum, ut hodie apud nos est Doctor Balthasar de Azevedo Primarius professor in Conimbricensi Academia, qui ultra acris, & excelsi ingenij acumen ex antiquissima, & nobilissima familia trahit originem.

3 Unde fit, quod licet Pictores verè, & realiter nobiles non siant ex suæ artis professione, dum tamen eam profertur, & magistri sunt, immunes fiunt d. l. i. C. de excus. muner. Nec obstat d. l. si non sortem §. libertus, ubi inter operas fabriles enumerat pictorias; quia ille textus non agit de pictore ingenuo, sed liberto, cui privilegium immunitatis non conceditur, ut patet ex d. l. Archiatros, ibi: *Dummodo tamen ingenui sint.* Deinde ibi meminit operarum fabrilius respectu officialium, nam operas officiales soli patrono solus libertus debet, vel filio ipsius non exhaeredato; quia exha-

redato, vel extraneo hæredi solum debet præteritas, quæ jam deberi cæperunt defuncto, non fideicōmissario Trebelliano, l. si patroni in princ. ff. ad Trebell. fabriles vero operæ cuicunque, & quo cunque deberi possunt; & in eis ea est differentia, quod operæ officiales etiam non juratae, si prætentur, nec promissæ, non repetuntur; quia debitæ patrono sunt, attento jure naturali, in remunerationem acceptæ libertatis: at vero artificiales fabriles, vel pictoriæ non debentur naturaliter, sed ex contractu: etsi per errorem indebitè solvantur, repeti possunt, & ad hunc effectum, & alios, de quibus Cujat. in tit. C. de bon. libertor. tom. 2. fol. mihi 623. text. in d. §. libertus distinguit officiales à fabrilibus operibus, & pictorijs, non autem ut artem pictoriæ fabrilem vocet.

4 Ad illud autem de Regio diplomatæ, quod pictores inter mechanicos incedere cogebat in processionibus publicis, satisfaciebam alio diplomate noviori, quod Regis oraculo sanctum erat, ut illud antiquum non observaretur, & quod pictores essent immunes, ut in alijs Regnis observabatur. Quod quidem juvabatur sententia hujus Senatus sic diffiniente, & altera Portuensis Senatus. Nec pariter meo judicio obstabant privilegia magistris picturæ insignibus concessa, quia hæc non erant data, eo quod essent ignobiles, vel plebei reputandi, sed quasi declarando eos gaudere illa nobilitate causativa, seu immunitate ratione sui magisterij. Hæc postquam scripsi, ostendi hujus opinionis fuisse Emmanuel Barbosam doctissimum in Remission. ad Ordin. lib. 4. tit. 92. in addit. num. 4. Ubi sententias citat in favorem hujus partis latas: Sed contrarium placuit, & sententia scripta est.

Post hanc sententiam in gravamine cuiusdam Petri Vieira Pictoris oppidi de Torres Nove, qui electus fuerat ad munus soldidū Reipublicæ, ipse D. Didacus de Brito censuit ex artis privilegio esse sublevandum, cui accessi, & sic judicavimus: Scriba Joanne Baptista de Chaves,

Qq 3 SUM

DECISIO CXIV.

SUMMARIA.

1 **M**aritus solus non distrahit.

2 Maritus tamen solus re-

trahit, quia tunc consideratur tan-
quam acquirens.

DECISIO CXIV.

An maritus solus possit distrahere rem emptam ab utroque cum pacto de retro? Ad Ordin. lib. 4. tit. 48.

1 **M**aritus cum uxore e-
merat cum pacto de
retro fundum, po-
stea solus distraxit
cum venditore: quæ-
rebatur, an valide
in causa Antonij Florim contra Em-
manuelem Fernandez, Scriba Geor-
gio Fernandez? Et placuit Senatui non
posse solum distrahere visa generalita-
te Ordinationis lib. 4. tit. 48. quæ etiam
hunc casum comprehendit, de quo Ti-
raquel. in leges connubial. gloss. 5. num.
4. Menchac. usufrequent. lib. 1. cap. 11.

Valasc. conf. 77. ex num. 3. & conf. 83.
Lieet non improbabilia sint funda-
menta pro contraria, quæ citat Men-
chaca ubi supra. Si tamen casus è con-
trario sit, quando maritus solus retrahit sine uxore tem à se, & uxore ven-
ditam, videtur, quod possit, quia tunc
non est alienatio, sed acquisitio. Pelaes
de maiorat. lib. 4. quæst. 1. limit. 1. ha-
betur in cap. ad aures de reb. Eccles.
Decius conf. 124. num. 3. Gomes in l.
54. Tauri num. 2. Tiraquel. ad leges cō-
nub. gloss. 8. à n. 56.

SUMMARIA.

1 **D**um vocati reperiū-
tur, hi præferendi
sunt.

Conditio cōmorandi
cum matre, & soro-
ribus est nulla.

Conditio remittitur solum respectu

religionis vera, non vero alterius
vivendi modi. ibi.

2 Viduitas temporalis injungi potest
quando conditio non apponitur ad
impediendas nuptias.

3 Contrarium placuit.

DECISIO CXV.

*An conditio vivendi in certa domo posita virginī sit remittenda quasi
nuptiarum impeditiva?*

1 **D**isposuit pater decedens in
suo testamento, quod filia-
bus, & uxori suam tertiam
bonorum relinquebat, ea

conditione, quod viverent in ea re-
ligione, in qua usque ad præsens vive-
bant intra paternos lares domo ad
modum religionis instituta: alteraque

ex

DECISIO CXV:

465

ex filiabus decedente alias substituit : labente tempore uxor deceffit : altera ex filiabus contraxit matrimonium , altera ingressa est religionem , & ibi fructus tertiae bonorum collegit , & tandem occubuit . Et quia de maioratus successione agebatur , in eadem tertia instituti contendebant filij defuncti masculi , & filia cum altera filia seniore , quæ in vita patris matrimonium contraxerat : inter quos se opposuit altera filia ex earum numero , quibus erat cōmendatum , ut in religione viveret cum sororibus , inter quas facta fuerat substitutione : jus utriusque partis in eo constiebat , quod masculi filia locum patris ingressa per representationem præferenda videbatur seniori filiæ , & pariter oppositrici , quia ipsa conditioni non paruit , & cum contraxerit matrimoniu , expiravit substitutione : quæ tamen allegabat pro se illam conditionem religionis remittendam fore ; tanquam nuptiarum impedivam , & ipsam tanquam substitutam suis sororibus , etiam si contraxisset , præferendam ex speciali vocatione , qua juvabatur ; quia dum vocati reperiuntur , hi reliquis consanguineis præferuntur , l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg. 2. & inter vocatos prius sit locus nomine proprio vocatis ; l. quoties §. si quis nomen ff. de hæred. instit. l. nominatim ff. de condition. & demonstrat . Gomez 1. tom. cap. 2. n. 6. d. §. in fideicommisso , ibi : *Huius ad petitio- nē ejus admitti possunt , qui nominati sunt , & post eos extinctos , qui ex nomine testatoris fuerint :* Socin. conf. 151. num. 31. lib. 4. Cephalus conf. 41 6. n. 23. & 24. lib. 3. Valasc. conf. 121. n. 2. & 171. n. 19. Molin. de primog. cap. 4. n. 33. lib. 1. Gama decis. 354. Surdus conf. 362. n. 6. lib. 3. & 403. n. 16. Mastrillo decis. 55. n. 9. & 10. Placuit Doctissimis D. Ludovico Mendez Barreto Senatori Sapientissimo , & D. Nonio d'Affonsco Cabral pro filia substituta , quæ matrimonium contraxerat , judicandum , confirmingo judicis sententiam , ex eo quod conditio illa cōmorandi cum sororibus , & matre

fuerat nulla , ex l. cū tale §. si ex arbitratu ff. de cond. & demonstr. l. Titiæ eod. ubi Ægid. 1. part. num. 43. Sanches de matrim. lib. 1. disput. 34. num. 15. ad fin. Mantica de conjectur. lib. 11. tit. 19. n. 29. Molin. Theolog. disput. 206. cōcl. 2. Costa in d. l. cum tale ampliat. 1. n. 1. Et insuper , quia verba institutionis non poterant intelligi de religione propria , & vera , cum sint de præsenti ad illum modum religionis ; qui in clausura pōtius consitiebat , & vita religiosè agenda : quod aperte suadebatur ex substitutione inter filias facta , quæ locum habere non potuisset ; si de religione vera sensisset , quia statim bona monasterio acquirerentur ; ex reg. Auth. ingressi C. de sacros. Eccles. Unde patet de domo propria sensisse . ibi : *Na religião em que de presente vivem , &c.* Cum tamen opinio communis conditionem remittendam tantum dicat respectu veræ religionis , ut per Sanches , & supra citatos . D. Didacus de Brito contrarium amplexus sentiebat conditionem illam valuisse , quia de maiori bono , & obligasse , quia etiam sub illo religionis modo illa commorandi cum sororibus continebatur conditio ex his , quæ D. Thom. 2. 2. quæst. 81. art. 1. & quæst. 186. de quo est gloss. in cap. Ecclesia de constit. ubi Abb. & Decius n. 11. gloss. in Clem. 1. de religios. domib. & in Clem. cū ex eo de sent. excōmun. Quia tamen replicari potest , quod etiamsi hic cōmorandi , & vivendi modus religionem referat , tamen cōmunis opinio , ut supra tetigi , remittendam dicit conditionem solum respectu veræ religionis , vel clericatus .

2 Ideo ego dixi , quod viduitas temporalis , vel perpetua injungi poterat , quando conditio non esset apposita ad impediendas nuptias , sed ex alia justa , & urgenti causa , licet in consequentiam , & per accidens contingere nuptias non sequi , l. sed si hoc §. fin. ff. de condition. & demonstrat . ibi : *A liberis ne nupserit , quia non est contra legem & iuramentum , si ex causa honesta , & iusta viduitas injuncta sit :* etiamsi sit per-

DECISIO CXV.

petua, l. Titio §. servi ff. illo titul. Ubi servo relinquitur libertas, si uxor nupserit, & tamen per indirectum nuptiarum cohibentur, quia solum attenditur illud, quod principaliter agitur, Costa in dict. l. cum tale, §. si ex arbitratu ampliat. 8. num. 5. & in fine, facit l. legatum ff. de annuis legat. l. fin. ff. de statu lib. Ex quibus fit, quod sine ulla juris violatione illa conditio monachatus, vel clericatus valida est, & adimplenda, Costa ubi supra limit. 3. Sanches ubi supra num. 15. Unde in casu praesenti cum illa religionis conditio eo modo sumpta valeat, illa ex filiabus, quae nupsit, illico exclusa mansit, & substitutio expiravit, quae semel exclusa amplius nequit admitti, licet excludendi causa cesset, cap. 1. §. quin etiam Episcopum, vel Abbatem, ubi l. Servia Bart. in l. fin. §. quando num. 2. ad fin. ff. ad Tertyll.

Caslanate conf. 4. num. 110. Gama def. 27. à princ. Nec Actrix juvari potest ex vocatione, quia illa vocatio fuit respectiva, & restricta ad tempus, quo in communitate viverent.

3. Ex quibus cum Actrix sit filia filij masculi, & successio versetur in secundo gradu, id est in secunda vocationis forma, scilicet invitando proximiores, reliquos excludit filia ex filio masculo representando patrem suum ex reg. Auth. post fratres Cod. de suis, & legitim. haered. Placuit tamen contrarium, & cum primis dominis sententia scripta est in favorem filiae, quae matrimonium duxerat, & dixerunt substitutioni adhuc locum esse, dum ipsa vivet, quia ipsa pro se habebat specialem vocationem defuncti: Scriba Antonio de Carvalho.

SUMMARIAS



*Effat representatione,
ubi vocatur filius
senior.*

*Lex Regia, licet coe-
dat representationem,
tamen concedit testatori, ut aliter
disponere possit, si velit. ibi.*

Conjecturæ hoc casu sufficient. ibi.

2 *Vocatio filij maioris facit, ut pre-
sumamus sensisse testatorem de filio
maiori naturaliter.*

*In dispositione hominis verba pro-
priè accipienda sunt. ibi.*

*Dictio maior refertur ad ætatem
considerato tempore successionis.
ibi.*

3 *Per vocationem filij maioris non
tollitur representatione.*

*Tripliciter filius ad maioratum in-
vitari potest. ibi.*

*Vel vocato filio maiori, vel maiori
tempore mortis, vel ut deferatur
de maiori in maiorem. ibi.*

*Primo casu non tollitur repre-
sentatio; secus in secundo, & tertio.
ibi.*

*Facta mentione mortis vocatio fit
conditionalis. ibi.*

*Facta vocatione de maiori in majo-
rem cessat representatione. ibi.*

*In hac vocatione pro possessore ju-
dicandum, si questio est inter pa-
truum, & nepotem. ibi.*

4 *Ordinatio Regia lib. 4. tit. 100. qua-
tuor casus involvit.*

*Primus est, dum concedit repre-
sentationem in infinitum descen-
dentibus à primo institutore. ibi.*

*Secundus, quod idem sic in trans-
versalibus, si sint descendentes à
prime.*

D E C I S I O C X V I .

465

primo.

Tertius, quod in transversalibus à primo, & ultimo possessore servetur jus commune. ibi.

Quartus casus est, quando transversales à primo sunt descendentes ab ultimo possessore. ibi.

In primo casu concedit repræsentationem perpetuam.

6 *In secundo casu concedit repræsentationem perpetuam secuta opinionem Gregorij.*

7 *Ponderantur illa verba legis Regiae, ibi: Posto que o filho mais velho.*

8 *In tertio casu supponit esse transversales tam à primo, quam ab ultimo, & jubet, ut observetur jus cō-*

mune.

De jure communi repræsentatio ultra secundum gradum non porrigitur. ibi.

9 *In quarto casu nihil decidit lex Regia.*

In hoc quarto casu liberum erit pro patruo judicare. ibi.

Supposito quod lex Regia repræsentationem aliquibus casibus concedit, in omissis ex intentione legis repræsentatio elargienda est. ibi.

10 *Repræsentatio lineæ & transversaliū, ac descendantium diversimodè concessa est.*

Quid in descendantibus ab ultimo possessore, si ab instituente non descendant.

DECISIO CXVI.

An repræsentatio cesset, quando ex forma institutionis vocatur filius senior?

Ad Ordin. lib. 4. tit. 100.



Nstitutor P. cuiusdam maioratus in hæc verba prorupit: *E por morte do dito Thomé Gonçalvez a dita fazenda será entregue por inventario a seu filho mais velho, & a possuirá em sua vida. E mando que cada anno diga a dita Missa, & daht adiante discorrendo para sempre ao filho mais velho do que em esta fazenda suceder: & não avendo o dito Thomé Gonçalvez filho, nem os que depois delle sucederem, averá a dita fazenda o parente mais chegado della testadora.*

I Contigit, quod filius maior ex primo vocato decepsit in vita patris relieta filia, & altero filio secundogenito, qui patre defuncto possessionem maioratus accepit: nepos ex filio seniori suscepitus contra patruum agebat,

ut maioratum dimitteret, & in ejus favorem sententia prolata est à judice: quam revocandam primi domini dicebant ex eo fundamento, quod ex forma hujus vocationis cessare debebat repræsentatio, quia vocatur filius senior possessoris; quia licet in maioratis, attenta lege Regia lib. 4. tit. 100. sit concedenda repræsentatio, non solum quando agitur de succedendo, institutori ascendi, sed etiam quando maioratus sit institutus in persona transversalis, prout in præsenti, dummodo tamen ab eo transversali descendantibus, qui inter se contendunt, ut videtur sentire Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 7. Covarr. practic. cap. 38. num. 10. Gomes in l. 8. Tauri num. 6. & 9. explicantes legem 40. Tauri, quæ est nostræ simili. Tamen eadem lex Re-

Qq 4

gia

DECISIO CXVI.

gia in §.i. permittit ab hac regula discedere, quando testator aliter senserit, vel disposuerit. Dixi, senserit, quia conjecturæ sufficiunt ex Bald. in l. libertis Cod.de oper. libert. Palatius in d.l. 40. Taur. num. 22. & in l. 45. Taur. num. 22. Molin. lib. 3. cap. 8. num. 5. Gregor. in l. 3. tit. 13. part. 6. verbo mugeres col. 7. ad fin. vers. ideoque, Castillo lib. 2. quotid. cap. 20. n. 28.

2 In hoc autem maioratu annexæ voluntatis argumenta reperiuntur, nempe vocatio filij maioris, quæ sufficit, ut intelligamus sensisse de maiori naturaliter, non per fictionem, ex his quæ Alex..conf. 4. lib. 4. num. 13. Beroius cōf. 120. lib. 2. num. 55. communiter recep-tus, quia in dispositione hominis verba proprie accipienda sunt, Peregrin. de fideicomm. art. 21. num. 17. in fine, quia hæc dictio, maior, semper referenda est ad ætatem, considerato tempore suc-cessionis, ex Alex. d. loco, quem sequi-tur Alciat. lib. 8. patergon. cap. 15. pro quibus induci potest text. in l. cum pa-ter §. hæreditatem ff. de legat. 2. ibi : *Qui eo tempore vixerit* : Tiraq. de pri-mog. quæst. 40. num. 160. Beroius conf. 71. num. 22. Gama decis. 307. num. 4. Costa de success. Regni 1. part. num. 11. Peregrin. conf. 64. in fine, Menoch. cōf. 442. num. 19. Qui hanc opinionē cum contraria nititur componere, quod illa clausula inter descendentes non tollat repræsentationem ; aliás secus. Quæ conciliatio nostro casui adaptatur, cum pertensores non descendant ab insti-tuente. Quare visa Ordin. lib. 3. tit. 64. quæ sequi jubet communem opinionem Doctorum in judicando, videbatur temerarium ab illa discedere, quia cum successio hæc seniori deferatur, intel-ligitur de maiori in maiorem, Valasc. de jure emphyteut. quæst. 50. num. 17. & jura maioris, & primogeniti occupat filius superstes tempore mortis, ut ne-potem excludat.

3 Contrarium dicebam, & hoc casu, nec jure communi, nec Regio de-negatam repræsentationem esse dixi :

de jure communi, qui eo attento tri-pliciter filij maioris vocatio fieri po-test : vel simpliciter vocato filio maio-ri, vel filio maior, qui reperiatur tem-pore mortis, vel tandem, ut de maiori in maiorem filium, & ejus descenden-tes transeat successio. Primo casu non censetur sublata repræsentatio ; quia de natura maioratus est, ut ad seniorem deveniat, l. fin. ff. de fid. instrum. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 7. & lib. 3. cap. 1. & 2. Ordin. lib. 2. tit. 36. §. 1. & 3. Nec talis expiessio cum de jure insit mutat na-turam vocationis, l. 3. ff. si cert. petat. l. si ita legatum §. illi si volet ff. de legat. 1. Molin. lib. 3. cap. 8. num. 19. Gratus lib. 1. respon. 6. num. 10. Castillo lib. 3. cap. 19. num. 324. In secundo casu re-ceptissimum est repræsentationem ces-sare ex mente loquentis, quia videtur restringta concessio ad filium maiorem, qui tempore mortis reperiatur vivus, & superstes, d. l. cum pater §. hæredita-tem ff. de leg. 2. ibi : *Qui eo tempore vi-xerit, &c.* Peregrin. d. conf. 64. in fine, Menoch. d. conf. 442. num. 19. & conf. 269. num. 55. Alex. d. conf. 4. lib. 4. late idem Menoch. conf. 269. num. 55. & eo modo sub conditione emissâ est, si tem-pore mortis vivat, explicat Costa de succe ss. Regni fol. 11. & 91. Rota di-versorum 3. part. decis. 911. ubi judica-tum refert D. pater meus conf. 15. n. 20. Sesse decis. 64. num. 13. Zevallos quæst. 694. Valasc. conf. 140. Licet plurimi ex Modernioribus contrarium sentiant, e-tiam ex hac vocatione repræsentatio-nem admitti, ut dixit Molin. lib. 3. de primog. cap. 8. num. 19. Avend. d.l. 40. gloss. 17. num. 24. Gomes ibi num. 65. vers. sed his, Covarr. d. cap. 38. num. 7. Castillo de maiorat. quæst. 19. num. 340. Qui tamen omnes loquuntur sup-posita lege Tauri, quæ repræsentatio-nem concedit, tam descendantibus ab institutore, quam etiam transversali-bus in omnibus casibus, nisi aliud testa-tor exprimat.

In tertio tandem casu sicut in se-cundo dicendum est, in quo res manet

DECISIO CXVI.

467

magis sine dubio supposita vocatione maioris filij , & filiorum ipsius de maiori in maiorem , quo casu cessare representationem dixit Gamma decis. 160. num. 3. Gutierres cons. 4. num. 26. Castillo rerum quotidian. cap. 19. num. 20. Alexander , quem omnes sequuntur in dict. cons. 4. lib. 4. Alciat. lib. 8. parergon cap. 15. In qua quæstione , si inter patruum , & nepotem movetur , quia satis controversa est , an ex tali vocatione de maiori in maiorem cesseret representatione , quia verba testatoris proprie , & non per fictionem accipienda sunt , l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. Bart. in l. omnes populi ff. de just. & jur. solitus sum pro possessore judicare ex cōfilio Decij lib. 4. cons. 1. Cirier de primog. lib. 1. quæst. 11. conclus. 3. idem in geminis Bart. in l. qui duos §. cum in bello ff. de rebus dubijs in princ. num. 5. idem Decius cons. 443. num. 28. & cessante possessionis prærogativa præfertur , qui maior est naturaliter , Tiraq. de primog. quæst. 40. num. 229. Costa de Regni success. fol. 187. Quintilian. reg. 6. q. 20.

4 Duxi de jure Regio idem esse: quod comprobatur si advertimus Ordinationem Regiam d. tit. 100. quatuor casus involvere: Primus est , dum concedit descendantibus ab instituente representationem perpetuam , & in infinitum : Secundus, quod idem sit in transversalibus , si descendant à primo institutore: Tertius, quod in transversalibus ab ultimo possessore servetur jus cōmune : Quartum casum omisit , quando transversales à primo descendentes sunt ab ultimo possessore.

5 Et in primo casu concedit descendantibus ab instituente representationem perpetuam , prout erat de jure ex reg. cap. 1. de natur. success. feud. ibi: *Omnes per masculos descendentes usque infinitum* : Authent de hæred. ab intestat. ibi: *Aut alios descendentes*: gloss. §. multis, verbo usque ad quintum, Instit. de success. liber. Gregor. l. 3. tit. 13. part. 6. Cujac. lib. 1. de feud. tit. 4. de success.

feud. tom. 3. fol. mihi 1819. Ubi Othonis Primi Imperatoris eam quæstione m refert fuisse commissam gladiatorio certamini , & nepotibus cœlit victoria, facit ratio l. cum avus ff. de cond. & demonstr. facit l. 40. Tauri, ex qua hæc Ordinatio videtur desumpta; & ex l. 3. tit. 7. lib. 5. novæ Recopil. Peralta in rubr. ff. de hæred. instit. num. 122. Molin. lib. 3. cap. 7. per tot. Et sic sopivit quæstionem , an representatione extendatur ultra pronepotem , & ultra proavum in ascendentibus ; in qua negative dixit Angel. & alij , quos citat Paris. lib. 2. cons. 40. n. 30.

6 In secundo casu exæquavit Regia Ordinatio transversales ipsis descendantibus , quando ipsi pariter descendant à primo institutore ; quia ea prærogativa juvabuntur perpetuæ representationes , etiam si agant de succedendo transversali, ibi: *Mas em respeto dos transversaes sendo aescendentes do instituidor*. In quo amplexa fuit lex Regia opinionem Gregorij Lopes in l. 2. tit. 15. part. 2. verbo *El mas propinquu*, Ubi tenet perpetuam representationem transversalibus non competere , nisi à primo descendant: imò & legem Tauri 40. sic interpretandam afferit : inclinat Gomes in l. 8. Taur. num. 20. quam tamen aliter accipit Molin. lib. 3. cap. 7. num. 8. & 9. Et probatur ex verbis ejusdem legis in vers. *O que nam somente averà lugar, visa relatione casuum concessa representatione transversalibus descendantibus à primo* , ac concedit ipsis descendantibus inter se ex regula l. asse toto ff. de hæred. instit.

7 Nec obstatunt verba Ordinationis ibi: *Posto que o filho mais velho morra em vida de seu pay, ou do possuidor*: quibus videtur comprobare sufficere , quod descendant à possessore , cum tamen eo casu possit quis descendere ab ultimo possessore , cum tamen sit transversalis , nec descendat à primo institutore ; quia illa verba duos casus involvunt: Primus est , quando filius descendens ab institutore moritur in vita

DECISIO CXVI.

patris sui nondum possessoris in maioratu, cui postea successit: vel quando jam pater possidebat, ibi: *Dopossejidor*: erat enim dubium, quando pater non possidebat maioratum, ut habetur in cap. 1. de succession. fratr. & in cap. 1. de success. feud. notat Molin. lib. 3. cap. 6. num. 34. Nec occupaverat caput lineæ, mortuo eo tempore filio, ipse transferret in suos descendentes perpetuum jus repræsentandi, ut ejus descendentes secundogenitum excludant: & quia receptius est hoc casu dari lineam primogenituræ, ex Tiraquell. de primog. quæst. 40. num. 6. ex autoritate Bald. in l. cum antiquioribus Cod. de jur. deliber. num. 10. In hoc casu hanc eandem lineam constituit Regia Ordinatio, ac ipsa lex Tauri 40. statuens, ut vel pater occupaverit, vel non, jus repræsentandi transmittat, Afflct. in dict. cap. 5. num. 27. Molin. lib. 3. cap. 4. num. 14. Covarr. d. cap. 38. num. 6. Et pondo-ro, quod in illo versiculo, O que nam sōmente, continuativè ad præcedentia agit de transversalibus descendantibus, prout supra egerat de ipsismet descendantibus, & hos inter se exæquat; & ulteriori pondero ultimum versiculum, ibi: *Enos transversaes, que nō forem descendentes, &c.* Et in his jus commune servandum decidit: ut igitur conveniat adversativa primæ resolutioni, illa exceptio regulam contrariam confirmat, Bart. in l. in his ff. de legib. Donel. in l. fin. C. de action. n. 7.

8 Tertium casum ponit Regia Ordinatio in ultimo versiculo, ubi agit de transversalibus respectu ultimi possessoris, & instituentis, ut colligitur ex illis verbis: *E se os transversaes nam forē descendentes do instituidor, se guardará o direito commum:* supponit namque esse transversales ultimo possessori, & pariter non descendere à primo: respectu ergo utriusque erant transversales, & in his jubet, ut observetur jus commune, secundum quod repræsentatio ultra secundum gradum non porrigitur, Auth. post fratres C. de suis, & legitim.

hæred. ab intestat. §. si igitur col. 9. & concedendam hoc modo, sequitur Castillo de maiorat. cap. 19. à num. 90. Gutierr. lib. 3. practic. quæst. 66. num. 32. Covarr. d. cap. 38. num. 10. licet alij eam hoc casu negent, ut Gama decis. 346. num. 2. Tiraquel. quæst. 41. num. 4. Maquerco de divis. lib. 1. cap. 6. num. 61. Menoch. lib. 4. præsumpt. 95. n. 13. Valasc. q. 50. n. 33. Mantica de conject. lib. 8. tit. 9. num. 4. Menoch. cons. 124, n. 88. lib. 2.

9 Quartum casum lex Regia non decidit, quando scilicet inter se contendunt transversales à primo, qui tamen ab ultimo possesso descendunt, unde si contingat patrui, & nepotis quæstio, inter hos erit liberum judicanti ex jure communi quæstionem decidere, & quam malit opinionem sequi, nec ex eo dicetur contra legem Regiam pronuntiassè. In qua quæstione patrui, & nepotis quam variè scriptum sit, videntus Zevallos quæst. 197. & 762. Farin. decis. novissima 395. Castillo d. cap. 19. Flores decis. 93. Borrellus cons. 92. D. Caldas Pereira receptar. quæst. 29. & cons. 30. & cons. 15. num. 20. idem Castillo cap. 20. & lib. 3. cap. 15. Gutierr. pract. quæst. 66. & 67. Surd. cōf. 403. ultra alios quos omitto ab ijsdem citatos. Non diffitebor tamen, quod supposito, quod Regia Ordinatio in alijs casibus repræsentationem concessit, hoc exemplo idem admittendum sit in his transversalibus, quibus non desunt, qui perpetuam etiam repræsentationem accommodent, quibus tamen eam concedere non audeo ex mea sententia, cum illa solum descendantibus ab institutore concessa sit per d. legem Regiam.

10 Obstat tamen, quod repræsentatio reperitur concessa lineæ collaterali, ac data est lineæ descendantium. Respondetur namque diversimodè concessam, uno casu restrictam ad secundum gradum, in alio absolutam, & perpetuo, ut per Gamam decis. 345. num. 2. Covarr. d. cap. 38. num. 5. D. Caldas Pe-

DECISIO CXVI:

469

Quare verius videtur hic ultimus casus virtualiter comprehensus sub ultimo versiculo hujus legis, ut sicut in transversalibus à primo, & ultimo repræsentatio solum usque ad secundum gradum concessa est, sic pariter in descendente ab ultimo, si à primo non descendat. Vel dici potest, quod in transversalibus à primo, qui ab ultimo descendunt, quādo scilicet ejus pater possedit maiorum, tunc ejus primogenitus perpetuam habeat repræsentationem, non ex hac Ordinatione, quæ eam non concedit, nec de jure communi, quod ad descendentes à primo dirigitur, sed ex quadam interpretatione collecta ex superioribus

casibus ; quia cum Ordinatio Regia, quæ nostrum jus commune est, perpetuam repræsentationem admiserit primo casu, congruum, ut ultimo casu etiam concedatur, supposito quod lex Regia jam repræsentationem contra nepotem admisit.

Ex quibus cum filia in præsenti patrem repræsentet; quia usque ad illum gradū repræsentationi est locus, d. Auth. post fratres; licet ipsa à primo non descendat, sed tantum ab ultimo possessore, ut supra dixi; pro illa judicavimus: & hanc sententiam fecuti fuere posteriores judices, & sententiam scripsimus: Scriba Joannes Cardoso.

SUMMARIA.



Relati laicos per suos ministros an capere possint.

De jure communi plures Doctores tenent posse laicos capere.

3 Contraria sententia communis.

4 Alij medium sequuntur viam, ut suam sententiam exequatur in criminalibus, non vero in civilibus.

5 Alij facultatem capiendi concedunt in causis spiritualibus, & criminalibus mixti fori capitalibus.

6 Prælati de sæculari jurisdictione nihil sibi assumunt, præter illud, quod lege, consuetudine, vel privilegio est concessum.

Iudex Ecclesiasticus non habet territorium. ibi.

In causis mixti fori sola cognitio mixta est, non vero ipsa districtio. ibi.

7 Regula in hac materia.

Laici respectu Iudicis Ecclesiastici alterius territorij sunt,

8 Præscriptio immemorialis requiriatur, ut hæc jurisdictione acquiratur. Interpretatur cap. contra idolorū, & cap. attendendum. ibi.

Crimen sacrilegij sapit heresim, ibi.

Qui per annum non resipiscit, tanquam suspectus de heresi coram Ordinario accusari potest. ibi.

Si de hoc cognoscunt Inquisitores, laicum capere possunt; secus si Ordinarius cognoscit. ibi.

9 Apud nos jurisdictionalia solo tempore sine titulo præscribuntur.

Prælatis tamen datum est solo tempore præscribere. ibi.

Interpretatur Ord. lib. 2. tit. 9. §. 1. ibi.

10 Interpretatur sacrum Concilium Trid. sess. 25. de reform. cap. 3.

Sæculares suas sententias exequuntur in bonis Clericorum, quando in sæculari litigant; secus Ecclesiastici in bonis secularium. ibi.

11 De jure Regio Prælati capiunt

Lei: